Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0002-0

DEO AUTORE,

Explicatio Regulæ

NECESSITAS NON HABET LEGEM.

Quam

AUTORITATE

Ampliſſimæ Facultatis Juridicæ Lipſienſis

Diſputationis inauguralis loco

Pro obtinenda

LICENTIA,

Summos in Utroq; Jure Honores impetrandi:

Publico Examini ſubjicit

PAULUS Wagner / Lipſienſis.

In Auditorio JCtorum.

ad diem XIII. Aprilis M. DC. XLIIX.

LIPSIÆ,

Imprimebat TIMOTHEUS RITZSCH.

1648,8
26
22
KŒN. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0003-6

VIRIS
AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS, PRUDENTISSIMISq́;
Dnn. COSS. TOTIQVE INCLUTÆ REIPUBLICÆ LIPSIENSIS ORDINI SENATORIO SELECTISSIMO, DIGNISSIMO.

Dnn. Patronis, Fautoribus atqve Promotoribus ſuis ſincerâ mentis obſervantiâ æternùm honorandis.

In debiti cultus teſtimonium

Hanc Diſputationem inauguralem
D.D.D.

Paulus Wagner.

I. N. D. N. J. C.

Procemium.

ANimus erat L. B. in præſentiarum aggredi tractationem materiæ NECESSITATIS, jucundam ex parte, ex parte neceſſariam ac qvotidianam, impulſus potisſimùm, tùm qvod viderem à nemine Auctorum illam in ſuis terminis (uti loqvuntur) hactenus pertractatam, tum qvod hoc minimum qvod hinc inde reperire licuit non usqve qvaqve cernerem expeditum. Sed animus tantùm erat, cui factum ut reſponderet non dicam difficilè, ſed qvoad me planè fuit impoſſibile. Vix inſpexeram aliqvot leges, tantas & tàm varias reperire licuit Necesſitates, ut verè verbis Imperatoris noſtri exclamare potuiſſem, Heu qvàm variæ Necesſitates circumaſſiſtunt hominibus. *Nov. 18. cap. 7. verſ. ſi autem hoc.* Nam ut taceam in multis locis vocabulum Necesſitatis latiſſimè & tanqvam ſenſu improprio poſitum eſſe: *c. præſentium 3. ibi presbyteratus privetur ordine, qvem non cauſa replendæ necesſitatis eccleſiæ, ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe. VII. q. 1. c. ſi qvi verò 23. ibi cum omni necesſitate cogantur, ut redeant ad eccleſiam ſuam d. cauſ. & q. c. qvi epiſcopatum 11. ibi otium ſanctum qværit charitas veritatis, negotium juſtum ſuſcipit necesſitas charitatis VIII. q. 1. c. fin. ibi necesſitate negotij cujusqvam maximi & maximè neceſſarij. XI. q. 3. c. prima 13. ibi: qvos barbarica feritas captiva neceſſitate transvexit XVI. q. 4. c. vaſis 23. ibi: tametſi nullam naturæ habeat neceſſitatem XXIII. q. 4. cap. 2. non ſine multa necesſitate A. Presbyter nobis propoſuit. X. de arbitr. L. ſancimus 21. ibi nam ſi necesſitas fuerit in redemptione captivorũ C. de SS. Eccl. L. ſi Lenones 12. ibi peccandi neceſſitatem & ibi omni miſeriarum neceſſitate abſolvi C. de Epiſcop. aud.* In aliqvibus ſignificatione planè aliena uſurpatum, *ut cùm dicitur: Qvod in pueris neceſſitatis eſt legere comœdias, amatoria bucolicorum verſuum verba canere, Virgilium tenere, hoc ſacerdotes Dei omiſſis evangeliis & Prophetis videmus crimen in ſe facere voluptatis. in c. Sacerdotes 2. diſt. 37. Item clericos aliqvando neceſſitatem habere mulierum & pediſſeqvarum earundem. in cap. 1. ibi ſed ſi qva de his neceſſitatem habuerit X. de cohabitatione cler. & mul.* Ut verum fatear qvid eſſet ſacerdotalis Neceſſitudo *c. Tempo-*

na 2. XXVI. q. 7. qvid neceſſitates impoſitæ non lædentes Judaicam ſuperſtitionem *l. generaliter 3. §. fin. ff. de decur.* qvid momentariæ Neceſſitates *l. rei annonariæ 2. C. ſine cenſu & reliq. fund. compar.* expeditum mihi ſtatim eſſe non poterat.

Abhorrui onus meis humeris impar, ſed non usqve adeò abhorrui, ut planè deſererem, qvin qvod in toto mihi denegatum credidi in parte tentarem. Elegi REGULAM illam vulgatisſimam & hoc conclamato tempore imprimis tritisſimam, decantatisſimam, nimirum NECESSITATEM NON HABERE LEGEM. Cujus Regulæ tractationem pro virili, proq; anguſtia temporis expedire dum nitor, Tuam LECTOR exoratam cupio benevolentiam, ut ſi conatui meo juxta deſiderium Tuum effectus reſpondere negabit, diſplicentiam Tuam ad minimum diſſimulare, aut *juxta Conſt. Deo autore §. ſed neq; 6. in fin.* factum hocce ſubtiliter emendare, meqve qvi qvaſi invenit aut ſaltem inventis qvædam addidit laudabilior fieri velis.

§. I.

Vocabulum Neceſſitatis (*ut hoc in atrio qvaſi præmitta, cum turpe ſit prius determinare qvàm terminos intelligere:* (a)) ſæpisſimè in jure noſtro reperitur, nec tamen ſemper uno eodemqve modo ſed pro negotiorum diverſitate vario. (b)

(a) Anton. Hering. *tr. de Fidejuſſ. cap. 2. n. 4.*

(b) Sic dicitur nimirum Neceſſitas publica. *l. non ſolùm 10. pr. & §. 1. ff. de excuſat. tutor. l. 1. in f. C. de Condict. ex lege. l. pen. C. de Fidejuſſorib. l. fin. C. de vectigalib. l. cum per abſentiam 2. C. qvib. non obj. longi temp. præſcr. l. fin. C. qvorum appell. non recip.* Illyricana *l. 1. C. de qvib. mun. vel præſtat. lib. 10.* Municipalis *l. ſi qvis 21. C. ad L. Corn. de falſ.* Populi *cap. niſi cum pridem 10. cir. fin. X. de Renunc.* Eccleſiæ *cap. 1. X. de Solution.* Civilis *l. vacuatis 19. C. de Decur. lib. 10.* Expeditionum *l. fin. C. qvib. non objic. longi temp. præſc.* Protoſtaſiæ muneris *l. Si hi 3. C. de Filiisfamil.* Peregrinationis. *c. clerici 4. diſt. 44.* Præfecturæ Sollicitudinis *l. 1. C. de off. præf. Urbi.* Temporis *c. qvæ pro neceſſitate temporis 41. ca. 1. q. 1. c. neceſſaria 6. & c. qvod pro remedio 7. d. ca. 1. q. 7. cap. cum in cunctis 7. X. de Elect. & elect. pot.* ex legibus *Nov. 72. cap. 6.* Juris *§. fin. J. de Fideicomm. hæred. l.*

non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0006-2

non qvidqvid 40.pr.ff.de Judic. l.fidejuſſor. 2.in f.ff. de diſtract.pign. l. ſcimus 36.§.2.C.de inoff. teſt.l.un.in med.C.de ratiocin.oper.pub.cap.1.de Judic.in 6.& qvæ jus conſtituit l.pen.ff.de LL.conſvetudinis l.qvicunqve pen.C.qvi admitti ad bon.poſſ. Diſciplinæ c.qvando 4.diſt.86.Obſeqvii l.2.C.qvi non poſſ.ad lib.perven. Facti l.cum qvidam 31.in pr.ibi propter hoc qvod monumenta deerant neceſſitatem habebat. C. de Jure Dot. Rerum l.non enim 16.ff.ex qvib.cauſ.major.l.1.C.de Dilat.l.generaliter 12. C.de rebus credit.l.fin.C.de Uſur.rei judic. Rei familiaris l.rem legatam 18.ff.de adim.legat. Propriæ conditionis l.ſi coloni 14. C.de agric.& cenſit.lib.11. Domeſtica c.cum omnibus 27.d.81. Impoſita l.2.§.Legatis 3.ff.de Jud.l.jam tamẽ 5.§.pen.ff.judicatum ſolvi.l.apertiſſimi 16.C.de Jud. l.matris 6.C. qvi pet. tut. l.fin. C.de Teſtib. l.omnes 2.C.de qvadr.præſcr. Solennium verborum l.qvoniam 15. C.de Teſtam. Periculi l.fin.ibi ut ad ſalutis timorem etiam neceſſitas periculi ſubjungatur C.ad. L. Jul.repetund. Miſerabilis l.omnes 33.in.pr. C.de epiſc.& cler.l.fœdiſſimæ mulieris 7.C.de poſtlimin.reverſ. Expenſarum auth.noviſſimè C.de admin.tutor. Sumptuum l.omnes 12.C.de oper.pub. Fœneratorum Nov.72.cap.6. Reddendæ rationis l.cum neceſſitatem 18.C.de Fideicommiſſ. Suſceptionis l.qvotiens 3.C.de Naufrag.lib.11. Inſtructionis l.1.C.de dilationib. Jurationis c.ita ergò 5.XXII.q.1. Adminiſtrationis l.ſororis 9.C. qvi dare tutor. vel cur. Traditionis §.aliæ 2.J. de Donat. Venditionis l.minorum 6.C.de Præd.& aliis reb.min. Licitationis l.1.C.de Paſcuis Obligationis l.obligamur 52.pr.& §.neceſſitate obligantur 7.ff.de O.& A. Actionis l.humanitatis 23.C.de excuſat.tuto. Accuſationis l.ſi is 3. C.ſi reus vel accuſ.mortuus fuer. Inſcriptionis l.qvamvis 30. in fine pr. C. ad L. Jul.de adult. Satisdationis l.ſi fidejuſſor.7.§.1.in fin.ff.qvi ſatisdar. cog. Reproductionis inſtrumenti l.cum qvidam 21. C.de Fide inſtrum. Teſtimonii l.conſtitutio 16.in f.pr.C.de Teſtib. Solutionis l.illicitas 6.§. ult.ff.de offic.Præſidis.l.ejus 2.C.de Uſur.pupillar. Inſtitutionis hæredis §.ſed ea omnia 14.J.de Hered.qvæ ab inteſtato. Petendi tutores & curatores l.matris 6.& l.fin.C.qvi pet.tutor. Judicandi l.munerum 18.§.judicandi 14.ff.de muner.& honor. Inqvirendi c.circumcelliones 1.in fin. ibi inqvirendi qvàm puniendi neceſſitas major eſt XXIII.q.5. Obſeqvendi cap.fin.X.de rebus eccleſ.alien.vel non. Siſtendi l.ſi is 6.ff.ſi qvis cautionib. Probandi §.non ſolùm autem 4.in fin. ibi ſemper neceſſitas probandi incumbit illi qvi agit J.de legat.l.cui neceſſitas probandi 39.ff.de

Necess. dicendi. l. si actione 19. § de veste 4. ff de furtis.
Compensandi communicandi l. hac lege 2. C. de sent. ex peric. recitand.

liberali cauſ. l. ſive poſſidetis 16. ibi probationis neceſſitas C. de probat. l. adſeveratio 10. C. de non num. pecun. l. omnes 2. §. 1. C. de qvadr. præſcript. Reſpondendi *l. 2. §. legatis 3. ff. de judic.* Appellandi *l. un. C. qvi pro ſua juriſdict.* Obtemperandi legi conventionis *l. poſt certi 36. C. de liberal. cauſ.* Excuſandi *l. ſi qvemqvam 31. C. de epiſc. & cler.* Impendendi *l. 1. §. 1. ff. de impenſ. in res dot.* Simulandi *c. certè ego ſum 18. XII. q. 1.* Fruendi *l. item 10. §. 1. in fin. ff. Commun. dividundo.* Faciendi *l. item ſi 22. §. cum inſulam 2. in f. ff. locati l. 1. C. ubi pupill. educ.* Serviendi *l. pen. C. de oper. libert.* Prægravandi *l. 1. §. hoc etiam 7. C. de offic. præfecti præter. Afric.*

θ. 2.

Qvæ varietas poſtmodum juxta ingenii cujusqve Doctorum varietatem, diviſiones & diſtinctiones peperit multivarias (a) potius tamen intricationes qvàm diſtinctiones.

(a) Condita undè fuit (1) diviſio illa, qvâ Neceſſitas alia eſt abſoluta, *cujus proprium eſt ſemper eſſe*; alia coactiva, *qvæ à cauſa efficiente procedit, & rurſus duplex eſt, præciſa una, altera conditionalis, hæcq; vel in præjudicium animæ tendens vel non tendens.* Alia deniqve conditionalis, *qvæ ad propoſitum finem conſeqvendum facit, & facit vel principaliter ad finem bonum vel malum, vel non principaliter, ſed tantùm qvatenus nobis videtur hoc modo melius finem nos aſſequi poſſe*, qvam diviſionem tenet & latè proſeqvitur Petrus Andr. Gammarus *in dialect. legali lib. 1. loco pen. de neceſſitate*, ubi ſcribit de abſoluta & conditionali neceſſitate eſſe tex. *in c. vaſis 23. §. non ergò XXIII. q. 4.* de coactiva verò in *cap. ſacris 5. X. quod met. cauſ.* Singularem qvoq; diviſionem (2) ſibi fingit Ang. de Clavaſio *in ſua ſumma de caſibus Conſc. vb. Neceſſitas in pr.* cùm neceſſitatem diſpeſcit in Neceſſariam, *ſine qva vita corporalis ſuſtentari omninò non poteſt*, Oportunam, *ſine qua vita commodè ſuſtentari nõ poteſt*; & Proficuam, *ſine qua utilitas vitæ non ſuſtentatur.* (3) Joh. Fr, Ripæ *ad rub. X. de Conſtitut. n. 17.* neceſſitas alia eſt, qvæ præciſè imperat, *quâ neceſſitantur ſubditi à ſuperioribus*, & neceſſitas honeſtatis, *quâ neceſſitatur Princeps. l. digna vox 4. C. de LL.* Bartolus (4) *in l. 1. n. 5. C. quom. & quando Judex.* Neceſſitatem ſtatuit

aliam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0008-3

aliam verecundiæ *ſeu honeſtatis cauſa*, aliam veram *ſeu præciſam*, aliam cauſativam, qvem ſeqvitur Andr. ab Exea *in tr. de Pactis n. 403.* (5) Petr. à Duenas *hac noſtra regula ſive reg. 488. in pr.* dividit Neceſſitatem in Fatalem *ſeu Caſualem*, Neceſſariam & Datâ operâ. Conrad. Rittershuſ. (6) neceſſitatem facit naturalem unam, alteram juris, *in partit. Feud. lib. 2. cap. 3. q. 6. in fin.* (7) Seb. Medices *tr. de LL. par. 3. q. 7. n. 7.* diſtingvit inter neceſſitatem rei & perſonæ. *& in tr. de caſib. Fort. par. 1. cap. 6. n. 3.* (8) inter Affirmativam & Negativam. Vid. Sim. de Prætis *de J. U. V. lib. 1. interp. 2. dub. 2. ſolut. 12. n. 20.* Sfort. Oddus (9) meminit neceſſitatis, qvæ imponitur nobis ab hominibus, & qvæ imponitur nobis à Deo *in tr. de Reſtit. in integrum. q. 11. n. 20.*

Verum enim verò qvamvis diviſionis bonæ natura potiſſimùm ſit dilucidius efficere negotiũ, de qvo agitur *l. 1. pr. ff. de doli mali except. cap. ſuper literis. X. de reſcript.* Borcholt *de Feud. cap. 4. n. 1.* Et ut Andr. Vallenſis *in parat. Jur. Can. lib. 2. in præf. n. 3.* ſcribit: Diviſio animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificioſè reformat; nihilominus tamen iſti citati Dd. eo ipſo, qvo virtute diviſionis benè docere nituntur, ut plurimũ fiunt obſcuriores remqve magis reddunt intricatam. Sunt tamen adhuc duæ bonæ diviſiones numero differentes, qvarum una metaphyſicis propria eſt, altera JCtis: Metaphyſicis propria eſt in Neceſſitatem conſeqventis & conſeqventiæ. Illa eſt propriè dicta & abſolutè neceſſitas, nempe ipſius rei neceſſitas, qvæ conſiſtit in cohæſione immutabili effectûs & cauſæ, ubi tùm antecedens tùm conſeqvens eſt neceſſarium: Hæc eſt neceſſitas hypothetica, qvando nempè ex certis poſitis infertur neceſſaria conſeqventia Jacobus Thomingius *deciſ. 20. n. 24. & 26.* Joh. Wameſ. *to. 1. Conſil. de Jur. Pontif. Conſ. 207. n. 5.* Aliàs vocatur illa ſimplex neceſſitas, hæc neceſſitas conditionis. *in can. Vaſis 23. XXIII. q. 4.* Item neceſſitas præciſa & cauſativa dicitur. Gloſſa *ad l. ult. verb. ex neceſſitate ff. de ſeparation.* Chriſtoph. Portius *ad §. poſtumi n. 6. J. de ex hered. liber.* Petr. à Bella pertica *ad l. cautio ratihabitionis 1. n. 17. C. de procurat.* Johan. Cephal. *lib. 1. Conſ. 64. n. 10. & ſeqq.* Vinc. Carocius *tr. de juram. deciſ. q. ſecunda 10. qvæſt. principal. n. 5.* Neceſſitatem Conſeqventiæ Cicero *lib. 2. de Invent.* neceſſitatem cum adjunctione vocat, qvem all. Hugo Donell. *lib. 27. Comm. pag. 1400. lin. 57. b.* Wilhelm. Anton. Freundeberg *de Reſer.*

morat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0009-3

morat.cap.22.n.46. Neceſſitatem attractam appellat. JCtis Propria diviſio Neceſſitatis eſt in Fatalem, Naturalem, & Legalem, Fatalis eſt qvæ ex Caſu & Fato originem ducit, ut ſi qvis in latrones fortuitò incidat. Naturalis qvam natura ipſa producit ut edere, bibere, miniſtros habere, agrum colere, ruinoſam domum reficere Hier. Magonius *deciſ.33.n.11.* Legalis qvæ ex præcepto legis provenit, ut cùm lex jubet patrem filiam dotare. Camill. Gallin. *tr.de V.S. lib.10.cap.32.n.70.& n.82.cum ſeqq.* Johann Stuckius *to.1.diſp.Academ.5.θ.138.& ſeqq.* Georg. Franzk. *tr. de Laudem. cap.16.n. 6.& ſeqq.* Qvibus nonnulli neceſſitatem Datâ operâ annumerant, ſc.in qvam qvis ſua culpa incidit: ut ſi qvis debita contrahat lautè vivendo. Marta *tr.de clauſ.par.3.cl.71.n.3.* Nicol Boër. *deciſ.44.incip.præſuppono n.27:* Qvam Albericus de Roſate Cauſativam appellat *in Diction. ſuo vb. neceſſitatum.* Aym. Cravetta Voluntariam *to. 6. Conſ.1000.progenero n.94.* Gallin. *d.l.n.87.* affectatam. Jac. Menoch. *A I Q.Caſ.182. n.22. &* Jacob.de Graff. *tr.de Arbitr.Confeſſar.lib.2.cap.44.n.1.* Culpabilem nuncupat.Georg. Franzk. autem *d. l.* pro vera ſpecie neceſſitatis non agnoſcit ſed ſaltem pro caſu per qvem qvis in Fatalem vel naturalem incidit neceſſitatem, undè ſcribit, actum ejusmodi propter culpam agentis voluntarium magis qvàm neceſſarium reputari.

θ. 3.

Unde qvantum ad noſtrum inſtitutum, nos non immeritò ſuperſedemus iſtis diviſionibus, eas univerſas & ſingulas ſuo relinqventes loco ſuæqve cenſuræ, nec qvæſtionem an congruæ ſint & convenientes, an alienæ & diſſonantes jam facimus noſtram ſolummodò, ob ſtudium brevitatis, occaſione noſtræ Regulæ NECESSITATI FATALI (a) ſeu qvæ à Fortunâ, caſu & accidente provenit incumbentes.

(a) Fatum, Fortuna, caſus, accidens, vocabula ſunt in uſu Juris receptiſſima, & fermè ejusdem ſignificationis & operationis, tex. elegans

gans & generalis eſt *in l.1.in fin.ibi qvæ ex* improviſo caſu *potius qvàm*
fraude accidunt, Fato *plerumq́ non noxæ imputantur C.de l. Cornel.de*
Sicar. & in ſpecie de fortuna *l.Gajus Sejus 11.§.1. ibi univerſorum debito-*
rum fortunam ſuſcipere ff. de Uſur. l.ſi is qvi 63. §. 1.ibi theſaurus donum
fortunæ creditur ff. de A R D. l. 1. ibi fortuna futuri damni C. de Commo-
dato. De Caſu *l. inter 83. §. ſacram. 5. ibi caſum adverſamq́ Fortunam*
ſpectari hominis liberi neq́ civile neq́ naturale eſt. ff. de V.O. l. Julianus 6.
ibi adventitij caſus ff. Qvi & à qvib. manũ l. in judicio 28. ibi caſum cui re-
ſiſti non poteſt C. Locati. l. inter 15. ibi multi caſus rebus incidunt mortali-
um C. de Uſufructu. De Accidente *l. ex his 4. ibi qvæ fortè uno aliqvo*
caſu accidere poſſunt ff. de LL. l. verùm 11. §. item 4. ibi: occaſione damni
non inconſultè accidentis ſed Fato ff. de minorib. l. in vulgari 162. §. 1. ibi: li-
cet enim accidant & vivis, ſed vulgi ſermone etiam mors ſignificatur ff. de
V. S. De Fato verò ſingulariter dicitur: Fatale damnum vel vis ma-
gna *l. 2. in f. de peric. & commod. rei vend.* Qvod Fato contingit cui-
vis patrifamiliàs qvamvis diligentisſimo contingere poteſt *d. l. ve-*
rum 11. §. ſi locupleti 5. ff. de Minorib. Qvæ Fataliter accedunt damnum
injungere non debent *l. qværeret 135. in f. ff. de V.S.* Qvi Fato fecerit
non videtur obtemperaſſe voluntati *l. conditionum 2. in f. ff. de condit.*
& demonſtr. Neceſſitatem autem noſtram de qvâ hîc agemus Dd.
plerumq; vocant Fatalem. Marta *de clauſ. par. 3. cl. 71. n. 3.* Nicol. Boër.
deciſ. 44. incip. præſuppono n. 27. Aym. Cravet. *to. 6. conſ. 1000. pro genero n.*
94. adducti fortaſſis verbis Triſmegiſti *in libro de voluntate divina qvi*
Aſclepius inſcribitur cap. 14. Ubi tradit: εἱμαρμένην & necesſitatem
ambas ſibi invicem individuo connexas glutino, alteram verò re-
rum omnium parere initia, necesſitatem autem cogere ad effectum.
qvem all. And. Tiraqvell. *de Retraict. lignagier § 26. gl. 1. n. 21.* Qvæ ne-
ceſſitas aliqvando occurrens *c. ſcire 8. XXIII, q. 8.* ingruens *cap. licet 3.*
X. de Feriis. c. Daibertum 24. c. 1. q. 7. emergens *clem. un. de Baptiſmo.* ad-
ventitia *l. placet 5. C. de SS. Eccl. c. generaliter 40. XVI. q. 1.* interveniens *l.*
ſi fidejuſſor. pen. C. de Fidejuß. contingens *c. ſicut 11. diſt. 1. de Conſ.* Immi-
nens *Cap. fin. X. de poſtulando.* Joh. Ceph. *Conſil. 451. inc. multæ excitantur*
dubitationes. n 282. lib. 4. improviſa dicitur And. Gail. *lib. 2. obſ. 52. in-*
cip. penſitationes n. 26. Convenit verò variis modis cum Caſu For-
tuito qvi & ipſe ſimiliter atq; neceſſitas per vim cui reſiſti non pot-
eſt *l. ex conducto 15. § 2. ff. locati* nec prævideri *cap. ult. X. de Homicid.*

definiri ſolet. Et qvandoq́; vocatur Fortuna *l.1.§. ſi magiſtratus* 11.*ff. de Magiſtrat. conveniend.* Fortuita calamitas *l.non exigimus* 2.*§.ſi qvis* 8.*ff.ſi qvis caut.in judic.* Fatum *d.l.verum* 11.*§.ſi locupleti* 5.*ff.de minorib.* Fatalitas *l.1..C.de Jur.emphyt.* Sors fatalis *d.l.qvotiens* 3.*C.de Naufrag.* Caſus adventitius *l.Julianus 6.ff.qvi & à qvib. manumiſſi*, adeò ut caſus Fortuitus nonnunqvam uſurpetur pro neceſſitate, neceſſitas pro caſu fortuito *arg. l. in rebus 18. pr.ff. Commodati. l. ex conducto.* 15. *cum qvidam 3.ff locati.l.interdum* 16.*§.ſi. propter neceſſitatem 8.ff.de publican.l.qvæ fortuitis caſibus 6.C. de pigner. action.l.cum antiqvitas 28. C. de Teſtam.Cap.2.X.de Cuſtod.euchariſt.* Differunt tamen propriè loqvendo ut Cauſa & effectus, Fortuitus caſus is ipſus eſt qvi neceſſitatem fatalem hominibus imponit v.g. cum merces alienæ à nautis pro vita naviq́; à naufragii damnis liberanda, in profundum abjiciuntur, mercium dominis id Caſu fortuito accidit, neceſſitas autem Fatalis eſt qvæ ad abjiciendum nautas impulit. Dav. Mevius *in diſcurſu de Amneſtia Car.O.2.B.* Sic inundatio aqvarum aut chaſma caſus fortuitus eſt; qvod ſi anteqvam menſura agri fiat agri pars tali caſu interimatur, neceſſitas Fatalis eſt qvæ emptorem impedit qvo minus Fundi nomine agat. *l. ſi in venditione 10. ff. de periculo & commod.rei vend.* Eſt igitur omnis neceſſitas Fatalis caſus fortuitus, ſed non omnis caſus fortuitus eſt neceſſitas. Itaq; qvando ex vino acetum factum eſt, Caſu fortuito id factum cenſetur Lindner. *Diſp. 1.de Caſib.Fortuit.conc.13.lit. b.* nulla tamen neceſſitas fatalis hoc caſu eſſe poteſt, niſi qvis dicat, paupertatem qvę hunc caſum fortuitum ſeqvitur eſſe Fatalem neceſſitatem, tunc concedere poſſumus ſed res tamen jam aliud nomen nacta eſt.

a) l. cum à matribus 8 C. qui pet. tut.

θ. 4.

Hæc dicitur Græcis ἀνάγκη, (a) Germanicè **Noth**/ Latinè Neceſſitas à verbo ceſſo, vel qvod in ea nec ceſſandum ſit, (b) vel qvod humanas vires ceſſare faciat, fiatq́; ſive qvis velit ſive nolit: (c)

(a) Joh.Bertachin. *in repert.v.neceſſitas.* Gothofr. *in not. ad l.qvæ propter 162. ff. de RI.*

(b) Johan.Oldendorp. *in lexic.v.neceſſe.*

(c) Dom.Card.Tuſoh. *lit.N.concl.21.n.7.*

Vocatur etiam Neceſſitudo, *§.conſeqvens 3.ibi Pietatis neceſſitudine ductæ J.de ſuſpectis tutorib.l.non omnes 5.in pr.ibi ultrò reverſus non cum neceſſitudine.ff.de Re milit.l.fin. C.ut nemini liceat in empt.ſpecierum ſe excuſ.* Qvamvis aliàs communiter vocabulum neceſſitudinis pro cognatione & affinitate uſurpetur *pr. J.de SCt.Tertull. ibi fœminini ſexus neceſſitudinem l.fin.ff.de J.& J.l.in fideicommiſſi.3. §.cum Pollidius 3. ubi Gothofr.in not.ff.de Uſur.l.ſi tutor.9.ibi neceſſitudo vel affinitas ff.de ſuſpectis tutor.l.ſi ſervus 50.§.f.ibi charitas & neceſſitudo.ff.de legat.1.l.1. ff.unde legitimi l.hæc autem 5.§.1.ff.qvib.ex cauſ.in poſſeſſ.eatur.l.pietatis 6.ibi neceſſitudo ſangvinis C.de ſuſpectis tutor.l.impuberem 2.C.de adopt. l.1.ibi ad prioris neceſſitudinis C.unde legitimi.l.ſi filium 37.ibi proxima neceſſitudine conjunctus C.de liberali cauſa, Qvâ ratione etiam Neceſſarij dicuntur, qvaſi in qvos neceſſaria officia conferuntur, l.affectionis gratia 5. ibi amicos vel neceſſarios ff. de Donat.l.impuberibus 7.ff.de ſuſpectis tutor.* Vid.Petr.Pithœus *in not.ad Collat.Moſayc.& Rom.LL.tit.9.vb.itemq; liberti.* Fr.Hotomannus *in comm.Verb. Juris lit.N.§.neceſſarii.*

Appellatur inſuper Neceſſitas maximi negotii *c.ult.XI.q.3.* Adventitia neceſſitatis ſarcina *l.placet 5.C.de SS.Eccleſ.c.generaliter 40. XVI.q.1.* Inevitabilis neceſſitatis articulus *Cap.ſciſcitatus 13.X.de Reſcrip.* Inſtans neceſſitatis articulus *cap.Tuam in Domino 10.X.de ætate. c.de neptis 3.XXXI.q.2. cap.literas 13.X.de Temp.ordin.* Inevitabilis urgens importunitas *c.ſi nulla 15.XXIII.q.8.* Fatalis caſus neceſſitas *l.præſes.5.C.de appellat.* Fatalis ſors *argum.l.qvotiens 3.ibi qvi ſi fatali ſorte defuerint C.de Naufr.lib.11.* Neceſſaria & juſtiſſima cauſa. *l.Tutor qvi inventarium 7.pr.ff.de admin.Tutorum.* Rerum urgentiſſima ratio *l.1.C.de Dilat.* Terminus neceſſitatis *c.apoſtolicam 2.X.de Presbyt.non baptizato.* Inexorabile impedimentum Andr. Vallenſ. *in parat.Jur.Can.lib.2.t.28.§.14.n.1.* Extremum neceſſitatis telum Theod. Reinkingk. *de Regimin.ſecul.lib.2.claſſ.3.cap.3.n.68.inf.* Germanicè Ehehaffte Noth/ *tex.Landr.lib.2.art.7.* Echte Noth. Eberhard. Speckhan. *Cent.1.q.59.n.41.* Ehehaffte unvermeidliche Nothdurfft. Franc. Pfeil. *Conſil.174.n 4.§.* und do dann. Hohe anligende Noth. Pfeil. *conſ. 146.n.7.* Augenſcheinliche Noth. R.A. zu Augſp.1566.§. Derwegen die *&c.* Euſerſte Noth. Rechte Noth/Nothfall. & variis in utroq; jure & apud ejusdem interpretes epithetis ſtipatur: ut cùm dicitur Neceſſitas vera *c.excellentiſſimus 102.XI.q.3.* Juſta *c.qvi epiſcopatum 11.in*

 fin.

ſin. VIII. q. 1. Excuſabilis c. qvidam 18. XXIII. q. 4. Rationabilis cap. un. de cleric. non reſid in 6. c. jejunia 17. de Conſ. diſt. 5. And. Vallenſ. in parat. Jur. Can. l. 3. t. 4. n. 7. & 9. Juſtiſſima cap. 1. X. de pignor. Summa c. ſicut 11. de Conſ. d. 1. Andr. Kohl. exerc. 2. n. 14. Ingens l. 2. C. ut nemini liceat in emp. ſpec. lib. 10. Jacob Thoming. Deciß. 31. n. 29. Multa cap. non ſine multa neceſſitate 2. X. de Arbitr. Magna l. de Curatore 2. §. qværitur 3. ff. de Cur. bon. dand. c. ordinationes 5. IX. qvæſt. 1. c. qvi bis 117. diſt. 4. de conſec. Schurff. Cent. 3. Conſ. 55. n. 3. Immenſa Sign. de Homodeis Conſ. 82. in qvæſtionibus n. 3. Dom. Card. Tuſchus lit. E. concl. 12. n. 18. Maxima Panorm. ad cap. pervenit 2. X. de Immun. eccl. n. 6. Conrad. Lancilott. tr. de off. prætor. in Cauſ. Crim. rubr. de Furibus. n. 9. in fin. pag. m. 627. Manifeſta c. ſi cupis 5. XVI. q. 1. Evidens cap. officij 38. in f. X. de Election. cap. 1. de Reb. Eccleſ. non alien. in 6. Aymon Cravetta to. 6. Conſ. 1000. pro genero n. 93. Vehemens Conrad. Rittersh. partit. Feud. lib. 2. cap. 3. q. 6. Præſens Johan Petr. Surdus tr. de aliment. tit. 1. q. 93. n. 1. Præciſa Johann. Wameſius to. 1. Conſ. Jur. Pontif. conſ. 207. n. 3. cir. fin. Joh. Harpp. ad §. 1. J. de Olig. qvæ ex delicto n. 18. Adverſa l. conſenſu 8. §. 1. C. de Repud. Dira. Magnif. Dn. Carpzovius Præcep. & Prom. meus honorandiſſ. in ſua pr. Crim. p. 2. q. 91. n. 48. Gravis c. nuper 2. VII. q. 2. Petr. Gilken. ad l. jubemus 10. C. de SS. Eccleſ. n. 24. Stricta Hennig Göden Conſ. 109. incip. Der Hochgeborne H. Grafe n. 70. Arcta Jacob. de Graff. lib. 2. Arbitr. Confeſſ. cap. 44. n. ult. Cogens. cap. ordinationes 5. IX. q. 1. c. ad limina 7. XXX. q. 1. Importuna cap. etſi Chriſtus 26. X. de jurejurand. Urgens c. ſi nulla 15. XXIII. q. 8. cap. qvoniam 14. X. off. jud. ordin. cap. fin. X. de Feriis. cap. non debet 8. pr. X. de conſ. & aff. cap. 2. in f. X. de obſerv. Jejun. l. 2. §. ſi qvis tamen 8. ff. ſi qvis caution. l. 1. C. ut nemini liceat. in empt. ſpecier. ſe ex. lib. 10. Urgentisſima cap. ubi non eſt 2. X. de deſponſ. Impub. Arnold de Reyg. in theſ. jur. vb. neceſſitas n. 4. in f. Inevitabilis c. ſicut vir. 11. VII. q. 1. cap. in nomine 2. X. de Teſtibus. Nov. 22. cap. 42. Anton. Corſetus ſingul. 192. vb. neſſitas inevitabilis. Extrema Sum. Angel. de Caſ. conſc. vb. Furtum n. 37. Did. Covarruv. in relect. cap. peccatum de RI in 6. par. 2. § 1. n. 3. Ultima cap. ult. XXVI. q. 6. Alberic. de Roſate in diction. v. neceſſitas.

§. 5.

Deſcribi poteſt: qvod ſit vis (a) adventitia (b) coactiva

ctiva *(c)* qvam humana fragilitas *(d)* nec evitare *(e)* nec declinare *(f)* poteſt.

(a) Vis, ſcilicet majoris rei impetus qvi repelli *l.2. qvod metus cauſa.* & cui reſiſti non poteſt. *l. ex conducto 15. §. ſi vis tempeſtatis 2. ibi omnem vim cui reſiſti non poteſt ff. locati* vel qvæ eſt impetus rei major *Paulus Ictus lib. 1. Sent. tit. 7.* aut vis majoris malitatis *jux. l. metum 5. ff. qvod metus cauſ.* Potiſſimum propter *l. 1. ibi* vis enim fiebat mentio propter neceſſitatem *impoſitam contrariam voluntati ff. d. t. c. aliqvos 5. ibi eo qvod non voluntate ſed* impellente vi neſcio qvâ. *Juncto ſummario XV. q. 1.* Johann. Oldendorp. *in lex. vb. neceſſe.* Proprium namq; Neceſſitatis eſt ut contra voluntatem noſtram fiat. *c. excellentiſſimus 102. ibi neceſſitas vera & non ſimulata vel non ex voluntate XI. q. 3.* conſenſum omnem excludat Jacob Menoch. *lib. 2. præſumpt. 19. n. 8.* Arnold de Reyg. *in theſ. jur ſub. elem. neceſſitas n. 4.* ac Liberæ Facultati *l. neq; 14. ibi unde intelligis liberam facultatem contrahendi atq; diſtrahendi matrimonii transferri ad neceſſitatem non oportere C. de Nupt.* voluntati *l. ſi fidejuſſor 7. §. 1. inf. ff. qvi ſatisd. cog. l. ſervum 33. in fin. ff. de procur. l. ait prætor 3. §. hâc actione 10. ff. de N G. l. ſed et ſi 26. in fin. ff. ex qvibus cauſ. major. l. rem legatam 18. ff. de adim. legatis l. 2. in f. C. de calumniator. argum. l. neq; ab initio 14. inf. C. de Nupt. 2. F. t. 76. c. 27. ibi qvidqvid Neceſſitate ſit citò ſolvitur qvod voluntate arripitur perſeverat. diſt. 5. de Conſec. c. Nicæna 12. in fin. d. 31. c. legimus 24. diſt 93. c. mutationes 34. VII. q. 1. c. qvã præpoſterum 25. ibi neceſſitatis vinculo non obſeqvio voluntatis XIII. q. 2. c. noli 3. ibi Pacẽ debet habere voluntas bellũ neceſſitas, ut liberet DEus à neceſſitate & conſervet in pace. Et ibi: Hoſtem pugnantem neceſſitas perimat non voluntas XXIII. q. 1. cap. qverelam 10. X. de jurejur.* & arbitrio opponatur *l. proximè 50. ff. de R N.* adeò ut neceſſitati non ſubſit qvod meræ poteſtati ſubeſſe ſolet. Seb. Homold *in repert. Sent. lit. N. reg. 79.* nec ſit neceſſitas qvæ judicio & voluntati alicujus committitur. Alber. de Roſate *in diction. lit. N. §. neceſſitas non ponitur.* neqvidem qvæ à voluntate trahit originem Caſp. Manzius *in patrocin. debit. de pauper. decad. 1. q. 9. n. 27. & dec. 2. q. 10. n. 63.* multo minus qvæ ex negligentiâ *l. 16. ibi non enim negligentibus ſubvenitur ſed neceſſitate rerum impeditis ff. ex qvib. cauſ. major. l. Præſes 5. C. de appell.* aut ignorantiâ oriunda eſt *d. c. excellentiſſimus 102. ibi aliud eſſe ex neceſſitate aliud ex ignorantiâ. XI. q. 3.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0015-2

(*b*) *Arg. l. Julianus 6. ibi adventitii caſus ff. qvi & à qvib manum.* Ratio: qvia neceſsitas per accidens obvenire ſolet. *Arg. Cap. in argumentum 78. de R.I. in 6.* ubi verbum aliqvando raritatem ſignificat. Facit huc, *l. placet 5. ibi qvã adventitiæ neceſſitatis ſarcina repentina popoſcerit: C. de SS Eccl. c. lector 18. ibi aut ſi fortè neceſsitas ſit diſt. 34. c. ſcire vos oportet. 8. ibi ſi neceſſitas ulla occurrerit XXIII. q. 8. c. ſicut 11. ibi niſi pro ſumma contingat neceſſitate diſt. 1. de conſ. cap. licet 3. ibi ingruente neceſſitate X. de Feriis.*

C. presbyteros. 32. ibi per necessitatem lugere cogerentur. dist. 50.
d. C. violatores. 5. ibi non necessitate compulsi sed libenter. XXV. q. 1.
C. 1. ibi compellente necessitate. XXXV. q. 1.
C. quia 38. ibi quoniam non sua sponte id fecisse cognoscitur. dist. 50.
C. placuit 18. ibi si necessitas cogat. d. 93.

(*c*) Neceſsitatis enim proprium eſt cogere non arbitrio facientis committere *arg. c. Fratrem 6. ibi neceſſitatem patientibus d. 86. c. ſi qvi verò 23. ibi ſed cum omni neceſſitate cogantur. c. mutationes 34. ibi neceſſitate coactus c. ſcias 35. ibi aliud eſt ſpontè tranſire & aliud eſt coactè aut neceſſitate venire VII. q. 1. c. ordinationes 50. IX. q. 1. c. petimus 19. XI. q. 1. c. illa cavenda 6. ibi voluntarios reos non ex neceſſitate compulſos culpa ſtringit XV. q. 1. c. ad limina 7. XXX. q. 1. cap. etſi Chriſtus 26. ibi non debet qvenqvam ſpontanea voluntas inducere ſed neceſſitas trahere importuna. X. de Jurejur. cap. ad noſtram 11. X. de reb. Eccleſ. alien. Nov. 4. c. 3. circa fin. ibi neceſſitatem habere debitorem hoc agere.* Anton. Faber *Error. pragm. decad. 23. err. 1. in med.* Unde regulariter per verbum poteſt, neceſſitas deſignari non valet *l. ſæpe audivi 8. cum l. ſeq. ff. de off. præſ.* Rota Genuæ *deciſ. 167. n. 6.* niſi addatur verbum debet *l. 2. ibi potuit qvidem & debuit C. in qvib. caſib. tut. habenti. cap. 2. in fin. ibi cum urgens neceſſitas exigit ſupportare potes & debes. X. de obſervat. jejun.* Dixi regulariter, qvia pro ſubjecta materia verba poteſtatis & arbitrii etiam neceſſitatem inducunt & contra. Matth. Weſenb. *Conſ. 117. n. 29. & Conſ. 332. n. 267.* Vid. Augſt. Barboſa. *diction. 77. & dict. 268.* & Marius Antonin. Maceratenſ. *VR. lib. 3. reſolut. 25. n. 5. & 13.* imò qvod magis eſt neceſſitatis vis tanta eſt, ut non ſolùm ea imperante nobis obedire neceſſum ſit *l. omnes 12. ibi qvam neceſſitas imperaverit. C. de operib. public. l. 1. ibi exegerit C. de Dilat. c. qvem pœnitet 88. circ. fin. ibi prohibentur. diſt. 1. de pœnit. cap. Tuæ 5. ibi ſi neceſſitas id poſtulaverit. X. de procurat.* ſed etiam ea ſuadente *argum. t. 9. F. 2. ibi neceſſitate namq; ſvadente l. 1. C. de oper. libert.* ubi neceſſitatis ſvaſio ac ſi lex pacti eſſet implenda eſt, & coactionem operatur, prout etiam preces principis ad ſubditos juſſa ſunt atq; imperia *argum. Nov. 14. §. 1. ibi volumus & oramus.*

(*d*) argumento ducto à Caſu fortuito ad neceſſitatem *jux. l. non*

utiq;

utiq; 2.§. ſi eo tempore 7. ibi qvia Fortuitos caſus nullum humanum conſilium providere poteſt. ff. de admin. rerum ad Civ. pertin. & l. 1. §. & ille 4. ibi Cui humana infirmitas reſiſtere non poteſt, veluti incendio, ruina naufragio. ff. de O. & A. Facit huc *l. hac conſultisſima 8. in med. C. qvi teſtam. fac. poſſ.* Item qvod ſcribit Seneca: Necesſitas magnum humanæ imbecillitatis patrocinium *lib. 9. de clement.* Camill. Gallin. *de VS. lib 10. cap. 32. n. 83.*

(e) *C. ſicut vir* 11. *VII. q. 1. cap. ſciſcitatus* 13. X. *de Reſcript. cap. in nomine* 2. X. *de Teſtibus. argum. l. in rebus* 18. *pr. ibi. qvib. reſiſti non posſit ff. commodati.* Johann. Stuck. *to. 1. Diſput. academic. 5. θ. 139.* Unde fluit qvod dicitur: Non favendum nec ſuccurrendum eſſe illi tanqvam indigno *l. non exigimus 2. §. 8. ibi nonne indignus eſt ff. ſi qvis caut. ubi* Anton. Faber *in rational.* qvi ſpontè ſe ſupponit necesſitati *l. ſi fidejuſſo. 7. §. ſi neceſſaria* 1. *in f. ff. qui ſatisd. cog.* Sichard. *ad auth. qvi ſemel n. 1. C. qvomod. & qvando judex ſentent.* Jacob. de Arena *tr. de. ſeqveſt. n. 15.* Johann. Baptiſt. Nicolai *lib. 12. Reg. Jur. Civ. & Pontif. pag. 96.* Stephan. Gratianus *Diſc. For. c. 243. n. 54. & c. 920. n. 46.* Seraph. Oliva *deciſ. 653. n. 4.* Caſp. Manzius *in patroc. debitor. de paup. dec. 2. q. 10. n. 4. ibi: qvi talē ſibi neceſſitatē injecit.* Matth. Berlich. *part. 2. Deciſ.* 193. *n.* 16. ſibi n. imputare debet qvi ſua culpa damnum ſentit *cap. pen. ubi gl. de RI. in 6.* cum qvoad remedia juris ſentire non cenſeatur. *l. qvod qvis ex ſua culpa 203. ff. eod.* nec videri posſit eſſe neceſſitas qvæ excludi poterat. *Argum l. Papinianus 20. pr. ff. de minorib.* Aym Cravetta *to. 6. Conſ. 1000. pro genero. n. 87.* Aliud tamen eſt (*ut hoc obiter moneam*) aliqvem ſupponere ſe ſpontè vel data opera necesſitatî, & aliud culpa ſua incidere in neceſſitatem. Poſteriori n. caſu & cum qvis culpa qvidem ſuâ præter tamen intentionem neceſſitati obnoxius ſit, qvin adjuvandus non derelinqvendus ſit talis, & ipſa imperat æqvitas, & ſvadet autoritas Jacobi Menochii *Conſ. 299. incip. qvòd doctisſimè reſpondit, n. 8.* Vid. qvæ circa caſum qvo filius dolo & culpa ſua portionem ſuam diſſipavit & jam ulterius alimenta à patre deſiderat, tradit Joh. Petr. Surdus *tr. de Alim. tit. 7. q. 5 per tot.*

(f) *Argum. l. ſi coloni* 14. *ibi neceſſitatem propriæ conditionis* declinare *tentaverint. C. de agric. & Cenſit. lib.* 11. *l. ſi ea res 31. in pr. ibi* qvia cuſtodia adverſus vim parum proficit. *ff. de action. empt.* ratio eſt: qvia qvi agonem cum necesſitate ſuſcipit ſuccumbit, & qvod magis

mire-

mirere, ſuccubuit priusqvam ſuſcepit. Verba ſunt Juſti Lipſii *lib.* 1. *de Conſtantia cap.* 21. & hæc de definitione noſtrâ dicta ſufficiant. Cæterum longè aliter definit neceſſitatem Simon de prætis, qvod ſit qvoddam accidens & inſtans dupliciter negativè & affirmativè, præter vel contra voluntatem noſtram, culpaq; noſtra ad id principaliter ordinata ceſſante *tr. de J.U.V. lib.* 1. *interp.* 2. *dub.* 2. *ſolut.* 12. *n.* 20. & *ſeqq.* ſed ſuo periculo.

§. 6.

Patet jam vocabulum Neceſſitatis longe alienum eſſe à noſtro inſtituto qvando capitur 1. pro indigentia (*a*) 2. pro difficultate (*b*) 3. pro qvadam coactione (*c*) 4. pro commoditate & honeſtate (*d*) 5. pro eo qvod opus eſt (*e*)

C. ult. ibi utrum ex necessitate, an ex voluntate, dist. 85. C. est probanda 18. ibi postulare subsidium necessitati. ex Can. pulcra 18 ibi necessitates aliorum quantum possumus judemus et plus interdum quam possumus. d. 86. C. presbyteri 2. ibi necess. peregrinorum et hospitum. d. 91.

(*a*) *in c. præſentium* 3. *in f. ibi presbyteratum qvem non cauſa replendæ neceſſitatis Eccleſiæ ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe VII. q.* 1. *c. ex his* 22. *ibi qvibus Epiſcopus indiget ad ſuas neceſſitates. XII. q.* 1. *cap. Ego N.* 4. *ibi in ſuis neceſſitatibus adjuvabo X. de jurejur.* Qvâ ratione dicitur ſolam Neceſſitatem Creditoris debitori cognitam, non efficere ut cenſeatur interpellatus *arg. §. licet vaſallus* 2. *F.* 26. Andr. Kohl. *exerc.* 13. *n.* 16. *vſ. tertiò.* Item parentum neceſſitatibus liberos ſuccurrere juſtum eſſe *l.* 1. *C. de alend. liber. ac par.* Similiter Teſtatorem mandantem proſpici neceſſitatibus alicujus alimenta legaſſe cenſeri Johan. Bertach. *in repert. verb. neceſſitas in fin.* Johann. Petr. Surdus *tr. de aliment. tit.* 2. *q.* 5. *n.* 4.

(*b*) *Nov.* 8. *in præf. in pr. ibi publicum cenſum poſſint ſine maxima neceſſitate perſolvere.* Alber. de Roſate *in dictionario lit. N. §. neceſſitas pro.*

(*c*) *l. qvod niſi* 20. *in f. ibi non eſſe injungendam neceſſitatem liberto, ubiq; patronum ſeqvi. ff. de oper. libert. c. Nicæna* 12. *ibi ſed hoc in unius cujusq; voluntate non neceſſitate dimiſit diſt.* 31. *Nov.* 4. *c.* 3. *inf. pr. ibi neceſſitatem habere debitorem hoc agere. Nov.* 120. *cap.* 9. *ibi neceſſitatem habentibus recipere datas poſſeſſiones. & ibi nulla neceſſitas inferatur emere. l. liber homo* 19. *inf. ff. de ARD. l. un. ibi ad ſuſcipiendum onus aliqvâ neceſſitate compellere. C. ne qvid oneri pub. impon. l. finali ibi propter neceſſitatem*

tem ſolvendæ pietatis ff. ſi à parente qvis manum. l. apertiſſimi 16. ibi eodem executore necesſitatem partibus per ordinarium judicem & omne civile auxilium imponente. C. de Judiciis.

d) C. 1. ibi qvod non propter neceßitatem ſuam, (id eſt commoditatem & honeſtatem explicante Gloſs. ibid. verb necesſitas.) ſed propter venuſtatem accipitur elationis habet calumniam XXI. q. 4 Sicuti etiam aliqvando JCtis Neceſſarium idem eſt atq; opportunũ, & impoſſibile difficile ſignificat. arg. l. Julianus ait. 17. ff. de Judic. l. cum in plures 60. §. veſtimenta. 2. ff. locati. Læl. Mancinus Genial. Diſqviſ. Cent. 1. q. 14. n. 7.

e) So von nöthen iſt. Nov. Leon. 41. ibi cum namq; ſtricto jure, uti non datur, qvemqve qvoqvo modo poteſt uti neceſſitas eſt.

Similiter cum (6) Necesſitates miniſterii ſignificant nothwendige Amptsgeſchäffte. c. tenere. 4. ibi qvia miniſterii qvotidiani necesſitatibus occupantur diſt. 31. (7) Ex necesſitate officii, Ampts halber. l. cùm qvædam. 26. ibi invenimus generaliter definitum poſt officium depoſitum omnes actiones, qvas Tutor vel Curator ex necesſitate officii ſubierit, in qvondam pupillum vel adultum transferri C. de admin. Tutor. l. mater. 2. ibi cùm inter voluntariam accuſationem & officij necesſitatem Amptspflicht. multum interſit C. de Calum. c. cui portio 6. ibi impediatur neceßitatis munere Ampts wegen. XII. q. 1. l. fin. ibi: per officii neceßitatem ſatis accipere debuerunt. C. ut in poſſeß. legatorum. (8) Necesſitatis Ratio, der Sachen Nothdurfft. Nov 4. c. 3. ibi: qvia etſi hanc non ſcripſiſſemus legem Necesſitatis ratio ad hoc cauſam perduceret. Nov. 72. cap. f. ibi tunc neceßitatis ratio nos etiam ad hoc vocat.

necessitas conditionis ... c. frequens. 10 dist. 54.

Alienum qvoqve eſt vocabulum Germanicum Noth in lib. 2. art. 8. Landr. ibi: dieſer leidet da keine Noth umb. qvod extremam denotat animi corporisq; periclitationem, qvam qvis ob imminens ſibi ſupplicium incurrit aut ſuffert, & inde provenientes termini Hochnoth Halsgerichte & Nothhaffte Thaten. Chriſtoph. Zobel. ib. lit. d.

§. 7.

Necesſitas noſtra Fatalis alia Publica eſt Univerſalis ſeu communis, qvam omnes in univerſitate conſtituti ſentiunt: alia Privata, particularis ſeu propria,+ qvam ſingula Univerſitatis membra. (a)

+ c. usq; adeo. 5. dist. 33.

a) *l.1.ibi: ob neceſsitates publicas C.de condictione ex lege.l.non ſolùm 10.pr.& §.1.ff.de excuſ.tut.l.ult. C. de privileg. domus Auguſtæ. l.1. ibi: ad neceſsitates Illyricanas.C.de qvib. muner. vel præſtat.lib. 10. cap. adverſus 7.ibi: vel neceſsitates communes. & cap.non minus.4.X.de immun. Eccleſ.*

Utraqve vel corporalis *cap.un.de cleric. non reſid. in 6.* vel realis ſolùm *l. non enim. 16. ff. ex qvibus cauſ. major.* vel corporalis & realis ſimul.

Prior homini contingit qvà homo, & qvatenus corpore conſtat & anima, unde etiam corporalem rectè appellamus talem neceſsitatem, qvæ hominis animum & intellectum afficit tantùm, & corpori parcit; Altera bona fortunæ homini competentia infeſtat; Tertia & hominem & inſimul totum ejus patrimonium lædere conatur.

Totum hominem in univerſitate conſtitutum concernit Peſtis Joh. Wames. *tom.1. Conſ.de jure Pontif.Conſ.206.n.3.* Fames *l.ſancimus.21.C.de SS. Eccleſ.c. diſcipulos.26. diſt.5. de Conſec.* Expeditionum neceſsitas. *l.fin.C.qvib.non objicitur long.temp.præſ.* Ejus animum: luctus œcumenicus, qvem tota provincia fortè ob mortem ſui principis percipit. Res in univerſitate verſantium inſectatur Incendiũ repentinum. *Cap.2.X.de cuſtodia Euchar.* Nives immoderatæ qvatenus frumenta corrumpunt. *l.fiſtulas.78.§.fin.ff. de contr.empt.* Redemptio captivorum. *d. l.ſancimus. 21. C. de SS.Eccleſ.* Corpus & res: Bellum *l.milites.31.infin.C.de locat.& conduct.* Obſidio *c.ſi qvi neceſsitate 16. de Conſecr diſt.4.* Incurſus hoſtilitatis *c. monachum.3. XX. q. 4.* Hoſtiles irruptiones. *l.ſi qvos 19.C.de Poſtlim. reverſ.*

Privata ſeu particularis neceſsitas corporalis in genere eſt Infirmitas. *c.qvamvis 14.VII.q.1. cap. etſi Chriſtus. 26. in fin. X. de jurejur. ubi dicitur D. Paulum indulſiſſe propter neceſsitatem diſcipulo ſuo Timotheo uſum modici vini propter ſtomachum & freqventes infirmitates.* Ægritudo. *c.tempora 2.XXVI. q.7. d. c. ſi qvi neceſsitate 16. diſt. 4. de Conſ.* Captivitas *c.prima actione XVI. q.4. l.ſi qvos 19. & ſeq. C. de poſtlim. reverſ.* Peregrinatio *c.clerici.4.diſt.44.* Mors *l.præſes.5. C.de appell. d. c. ſi qvi neceſsitate.16.* Qvà animo contingit Furor. *c. illa cavenda 6. XV. q. 1.* Timor *cap.Clerici.15. X.de vita & honeſt. Cleric. c. eos 118. diſt. 4. de Conſec.* Metus *l. licet.4.C.de Acq.poſſ.* Servitus *l.jus poſtliminii. 14. C. de poſtlim. reverſ.* Realis: Inopia *arg. c.Fraternitas.11.XII. q.2.* Nuditas.

Joh.

Joh. Borcholt. *de Feud. cap. 8. n. 68.* Spoliatio poſſeſſionis Jacob. Menoch. *de Recup. poſſeſſ. remed. 6. n. 51. & ſeq.* Dispendium rei familiaris *l. ſi longius. 18. pr. ff. de judic.* amiſſio eqvi iterfacientis. Gl. *lib. 2.* Landr. *art. 7. verſ.* Nachdem nun. Mixta: Perſecutio. *d. c. ſi qvi neceſſitate 16. diſtinct. 4. de conſecr.* Aggreſſura latronum.+ *l. qvæ fortuitis. 6. C. de pign. action.* Piratarum inſidiæ. *l. in rebus 18. pr. ff. Commod.* Ludov. Molina *de J. & J. tr. 2. diſp. 667. n. 3.* Adverſa tempeſtas. *l. interdum. 16. §. ſi propter neceſſitatem 8. ff. de public.* Naufragium *d. c. 16. de conſecrat. diſtinct. 4.*

+ d. l. scire. 13. § lin. quis 7. ff. de excusat. tut.

§. 8.

De iſtis omnibus autem Neceſſitatibus generaliter prędicatur Regula noſtra: *NECESSITAS NON HABET LEGEM.*

C. remiſſionem 39. verſ. ſed notandum cauſ. 1. qv. 1. c. ſicut. 11. de conſ. diſt. 1. cap. qvanto 4. X. de conſvet. cap. 2. in fin. X. de obſerv. jejun. Gloſs. *ad l. 1. verb. expedire ff. de off. conſul. & in l. cogebaris. C. de oper. libertor.* Jaſon. *ad l. ſi ex toto. n. 17. ff. de leg. 1.* Paul. Caſtr. *ad l. 1. C. de oper. libert. n. 3.* Nicol. de Milis *in Repert. lit. N. n. 1.* Petr. Gerard. de Petra Sancta. *Sing. 69. n. 2. & ſingu. 100. per tot.* Joan. Jacob. de Leonardis. *inter Conſil. Feudal. Conſ. 117. n. 30. & 200.* Udal. Zaſius *tr. de Feud. par. 9. n. 13.* And. Tiraqvell. *tr. de pœn. temp. Cauſ. 33. n. 3.* Seb. Medic. *tr. de Caſib. fortuit. par. 1. cap. 6. n. 1.* Joſ. Maſcard. *de probat. vol. 3. Concl. 1352. num. 20.* Joh. Borcholt. *de Feud. cap. 8. n. 71.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. par. 1. q. 6. n. 51.* Joh. Bapt. Vivian. *in rational. cap. mandamus. 6. X. de offic. archidiac.* Dom. Card. Tuſchus. *lit. N. concl. 19.* Joh. Sichard. *ad l. eum à qvo. 16. C. de ſolut. n. 10.* Johan. Bapt. Nicolai *lib. 12. Regul. Jur. Civ. & Pontif. pag. 96. col. 2.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 102. n. 8.* Jac. Ayrer. *in proc. hiſtoric. cap. 5. obſ. 6. n. 5.* Joh. Petr. Surdus. *tr. de Alim. t. 9. q. 32. n. 15.* Anton. Hering. *tr. de Fidejuſſ. cap. 1. n. 153.* Rob. Lancell. *tr. de Attent. p. 2. cap. 4. lim. 8. n. 13.* Camill. Gallin. *de V. S. lib. 10. cap. 32. n. 21.* Baſil. Monner. *tr. de matrimon. cap. 6. n. 4.* Sig. Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 97. n. 147.* Andr. Gylm. *to. 4. Symph. par. 1. vot. 3. n. 48.* Marq. Freherus *tr. de exiſtimat. lib. 3. cap. 25. n. 8.* Jacob. de Graffiis *lib. 2. Arbitr. Confeſſ. cap. 44. n. 1.* Caſpar. Manzius *in patroc. deb. de paup. Decad. 2. q. 10. n. 77.* Matth. Weſenb. *conſ. 227. n. 26. & conſ. 301. n. 215. & conſ. 336. n. 185.* Matth. Berlich. *part. 3. con-*

cluſ.

cluſ.5. num.1. verſ. qvinta. Hugo Grot. *de J.B. lib.2. cap.2. §.6.* German. **Noth bricht Eiſen.** Anton. Bullæus. *Conſ.1. n.127.* Dn. Sig. Finkelth. *obſ.pract.7.n.4.*

§.9.

Pro cujus *Declaratione* præter explicationem verborum (*a*) ponimus: Regulam eſſe indefinitam æqvipollentem univerſali (*b*) & intelligi debere ſolummodò de Neceſsitate durante (*c*) aut qvæ efficaciter imminet (*d*) non de ea qvæ brevi temporis intervallo tranſitura eſt. (*e*)

a) Habere verbum ſumitur variè pro ſubjecta ſcilicet materia Aug. Barboſ. *dict 128. n.2.* aliqvando denotat Dominium & proprietatem, aliqvando ſolam detentionem & ſolam poſſeſſionem deſignat. Imò rem apud nos depoſitam habere dicere ſolemus. *l. ſtipulatio iſta.38. §. habere dupliciter accipitur.9. ff. de V.O. l. habere duobus modis.188. ff. d.V.S.* Joh. Vinc. Honded. *vol.1. Conſult.69. n.1. & n.32. & ſeqq.* Dictio Non negat & negativè ſumitur Barboſa *dict.219.* juncta jam in regula noſtra verbo Habet privationem & inficiationem deſignat & nihil aliud importat qvàm Neceſsitas caret lege. Munn. de Eſcobar. *tr. de Ratiocin. admin. cap.14. n.10.* Non aſtringitur legibus Dom: Card. Tuſch. *lit. N. concl.19. n.23. in fin.* Eſt ſoluta omni lege: Petr. Gerard. de Petra ſancta *ſing.100. n.22.* Non obtemperat legi. Hort. Cavalcan. *tr. de Teſtibus part.1. n.58.* Non lex ferri poteſt neceſſitati Theod. Reinking. *de Regim. Secul. & Eccleſ. lib.2. cl.3. c.3. n.35.* Non regulatur ſolennitatibus juris. *l. cum antiqvitas 28. pr. C. de Teſtam.* Schneidew. *de Feud. part.4. n.16.* Non eſt ſub lege Jo. Jacob. de Leonard. *inter conſil: Feud. conſ.114. n.318.* Non ſubjacet Legi Arnold. de Reyger. *in theſaur. jur. verb. neceſsitas. n 4.* Sed lex neceſſitati Tuſchus. *lit: N. concl.19. n.1.* Frangit legem Fr. Pfeil. *conſ.146. n.6.* Infringit qvodammodò legem. *argum. l. ut gradatim.11. §. qvotiens 2. ff. de Munerib.* diſpoſitionem legum politicarum ſuſpendit. Baſil. Monnerus *tr. de Matrim. cap.6. n.14.* Derogat legibus Matth. Weſenb. *conſ.40. n.28.* cedit lex neceſsitati Johan. Cephal. *Conſ 451. multæ excitantur dubitationes. n.310.* Ceſſat lex ubi venit neceſſitas. gloſs. *ad l.1. ff.*

de

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0022-1

de off.Conſul.verb.expedire. Propter neceſsitatem à lege receditur & recedi poteſt. Weſenb. *Conſ.53.n.42.& Conſ.301.n 217.* In neceſſitatibus non ſervantur leges. Joh. Donat. à Fina *in enchir. concl. lib.5. ſub elem. Neceſſitas.* Spernitur obedientia Seb. Medic. *tr. de Caſibus Fort. part.1.c.6.n.*44. L E G E S in genere ſunt præcepta qvædam communia & regulæ faciendorum & omittendorum.*l.1. & 2.ff. & LL.* Hoc autem loco vocabulum legis qvamcunqve ſignificat poteſtatem, coactionem, conſtitutionem, jus, præceptum. Arnold. de Reyger. *all. loc.n.4.* Regulam *c.qvoniam multi.*1. *diſt.48.* Cæſar. Lambert. *de jure Patron.in* 21. *artic.*1.*q.princ.ſecundæ partis.*1.*libri n.*10. Pactum *argum. rub.& tit.de L.Commiſſoria.* And.Scheff.*qv.Jur.pract.part.2.q.3.n.6.* exemptionem. Tuſch. *d.l.n.19.* Immunitatem, *d.l.ut gradatim.* 11. §. *2. ff. de muner.& honor.* Carol. Tapia *ad l.f ff. de Conſtit.princ.par.2.cap.9. n.43.* Joach. Mynſinger. *Cent 4. obſ.70.* Privilegium Joh. Fr. Ripa *tr. de Peſte rubr.de Remediis præſervativis. n.*184. Joh. Jacob. de Leonard. *inter Conſ.Feud.Conſ.*117.*n.26.* Anton. Bullæus C*onſ.*1. *n.127.*

Unde jam nihil aliud ſignificat regula noſtra, qvam qvod ferè totidem qvamvis aliqvantum aliis verbis dicitur: Neceſſitas neqve omittendo neqve committendo legem habet. *arg. cap. qvanto 4. ibi omittere X.de Conſvet.* Qvod non eſt licitum in lege neceſsitas facit licitum *cap.4.X.de R.J.* Neceſsitas facit licitum qvod aliàs eſſet prohibitum. *c.ult.XXVI.q.6.* Stephan. Grat.*tom.2.diſc.For.cap.229.n.36.* Philipp. Matth. *ad pr.l.qvod contra.*141.*de R.J.n.9.* Neceſsitas probabile facit qvod aliàs improbabile eſſet, *arg.l.qvi potuerint 27.ff.de manum.Teſtam.* Fr. Curtius *tr.de Teſtib. concl.29.n.61.* Hering. *de Fidejuſſ. cap.*1.*n.*154. Tolerabile facit & laudandum qvod aliàs ferri & laudari non poſſit. Sichard. *ad l.ſi teſtamentum.*10. C. *de Teſt. n.* 4. Neceſſitas legi non ſubeſt, ſed omnibus dominatur, Andr. Gylm. *Tom.*4. *Symph.part.*1.*vot.3.n.58.* Multa ex neceſſitate fiunt permiſſibilia qvæ de jure fieri prohibentur Jacob. Ayrer. *in proceſſ. Hiſtor.c.6.obſ.*4.*n.*10. & facta ex neceſſitate nunqvam prohibita cenſentur *etiamſi* latiſſimè pateat prohibitio. Jacob de Graff. *lib. 2.* A.C. *cap.*44.*n.9.* Neceſſitas eſt ingens telum nulli ſubjecta legi, ipſa legẽ faciens. *c.remiſſionem 39. ca.* 1. *q.* 1. Dn. Sigiſm. Finkelth. *Pract.obſ.7.n.4.* ſed amariſſimam Sig. Scaccia *lib.*1.*de Jud.cap.97.n.*147. Neceſſitas non admittit contradictionem Joh. Oldendorp. *in lex. verb. neceſſitas.* Neceſſitas

ſæpiſſimè cauſa eſt violandi regulas juris Cæſ. Lambert. *d. loc.* ea eſt neceſſitatis vis, & dignitas, ut ſæpè rei non licitæ jus & æqvum tribuat. Arnold. Clapmar. *de arcan. rerump. lib. 4. cap. 7. ubi hoc raptu Sabinarum virginum comprobat.*

Et non ſolùm prævalet Neceſſitas Legibus in ſpecie ſic dictis, ſed etiam Statutis, qvæ unaqvæqve univerſitas in ſuo territorio de rebus ad uſum & commodum ſuum pertinentibus expreſſo conſenſu ſibi conſtituit, qvæ propter neceſſitatem cenſentur non ſtatuta. Felin. *ad cap. qverelam. n. 11. X. de jurejur.* Hinc ſtante Statuto jurato, qvod Rectores Univerſitatis non debeant pecuniam publicam, irreqviſito Domino, mutuo dare, poſſunt tamen in caſu neceſſitatis citra metum perjurii & ejus pœnæ, etiam irreqviſito Domino, Matth. Weſenb. *Conſ. 53. per tot.* Similiter ſtatutũ imponens pœnam ſuadenti collectam, non cenſetur imponere conſultori tempore neceſſitatis. Cam. Gallin. *de V. S. l. 10. c. 32. n. 51.* Sic qvoqve Statutum, reqvirens in teſtamento mulierum præſentiam duorum agnatorum Ludolph. Schrad. *ad* §. *19. J. de R. D. n. 44.* Aut in qvocunqve alio teſtamento ſolenni, Notarium in matriculam publicam Tabellionum relatum, non extenditur ad Caſum neceſſitatis. Petr. Ger. de Petraſ. *ſing. 100. n. 24.* Joſeph. Maſcard. *de Prob. vol. 3. concl. 1352. n. 21.* Imò qvod magis eſt, Judex ipſe cujus tamen potiſſima cura eſſe debebat jura cuſtodiri, ipſe jus animatum qvaſi, imminente neceſſitate transgredi Statuta poteſt etiamſi ſecundùm ea judicare juraverit. Arnold. de Reyger. *in theſ. Jur. ſub elem. neceßitas. n. 2.*

b) Joh. Bapt. Nicol. *lib. 12. R. J. Civ. & Pont. lit. N. pag. 97.* ex natura ſcilicet indefinitæ orationis, qvæ regulariter æqvipollet univerſali. *arg. l. ſi pluribus 44. ibi heres meus, & ibi ſed omnes, ff. de leg. 2. cap. qvia circa 22. ibi prædeceſſor tuus indefinitè X. de privil.* Aug. Barboſa *axiom. 123. n. 1.* Chriſtian Kremberg. *de neceß. defenſ. q. 4. n. 2.* maximè qvandò à lege profertur Cam. Gallin. *de V. S. l. 9. cap. 1. num. 5.* Matth. Weſenb. *p. 1. conſ. 6. n. 144.* & de materia favorabili, ſecus enim ſi de odioſa, Jaſon. *in l. 1. n. 7. ff. ſi cert. pet.* Alex. Turamin. *ad l. non puto. de Jure Fiſci. cap. 2. n. 23. pag. m. 203.* qvod verò neceſſitas noſtra favorem præ ſe ferat patet ex *c. omnis qvi gemit. 36. ibi: qvi negat miſericordiam neceßitatem patientibus. VII. q. 1. c. ad limina. 7. ibi inculpabile judicandi m qvod neceſſitas intulit. XXX. qv. 1.* & vulgatâ regula, qvod facienti a-

ctum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0024-2

ctum ex neceſſitate magis ſubveniatur, qvàm facienti ex voluntate. *l. ſi dictum. 5. §. ſi compromiſero. 1. ff. de evictiòn.* Vinc. Carocius *tract. de juram. deciſor. q. ſecunda. 10. q. princip. n. 5.*

c) Ita rectè regulam noſtram declarat Hieronymus Cagnolus *ad l. 123. de R. I. num. 1.* nempe qvòd intelligatur ſolummodò de Neceſſitate durante ſeu de tali neceſſitate, qvæ nos in ea conſtitutos urget, compellit, non qvæ nos jam dereliqvit. Paul. de Caſtro *ad l. non aliàs in eos. 24. n. 7. ff. de Judic.* Unde etiam is, qvi aliqvid ex cauſa neceſſitatis facere tenetur, præſumitur id facere, qvantum urget neceſſitas, & nil ultra. *arg. l. ult. ff. de exercit. action.* Jacob. Menoch. *conſ. 370. incip. reſpondendum prima ut ajunt facie. n.* 21. Ceſſante enim neceſſitate id qvod propter eam introductum vel conceſſum eſt, & ipſum ceſſare intelligitur, *c. ordinationes. 5. IX. q. 1. c. qvod pro neceßitate 41. ibi: qvod pro neceßitate temporis ſtatutum eſt, ceſſante neceßitate debet utiq; ceſſare pariter qvod urgebat. cauſ. 1. q. 1. c. qvod pro remedio. 7. d. c. q. 7. cap. 2. X. de Cuſtod. Euchariſtiæ.* Weſenb. *Conſ. 128. num. 32.* Joh. Petr. Surdus *tract. de Alim. tit. 2. qv. 5. num. 6.*

d) Non ſolùm Neceſſitas præſens hoc præſtat, ut ſine lege ſit, ſed etiam Præſumpta, imminens & ea, qvæ timetur, *cap. fin. ibi: ſi neceßitas immineat X. de Poſtuland.* Dn. Carpzovius *par. 2. conſt. 19. def. 12. n. 13.* Ex neceſſitate namqve aliqvid facere & metu neceſſitatis paria ſunt, *arg. l. noviſſimè. 7. §. 1. ibi: compulſos aut metu ne compellerentur. ff. qvod falſo Tutore. l. licet poſſeßio 4. ibi metus neceßitate C. de acqvir. poſſeß.* Petr. Heig. *p. 2. q. 7. n. 87.* & Timor ſive ſuſpicio periculi periculo præſenti æqviparatur, ad hoc ut diſpoſitio de periculo præſenti ad timorem ſive ſuſpicionem periculi extendatur, *arg. l. 1. ibi: inſtantis vel futuri periculi. ff. qvod nec. cauſ.* Ludolph. Schrad. *ad §. 19. J. de R. D. num. 50. 51. & 52.* Johan. Jacob. de Leonard. *inter Conſil. Feud. Conſ. 117. num. 169.* Neceſſitas namq; eſt inevitabile telum, cujus morſus ſunt graviſſimi. Hermàn. Latherus *de cenſu lib. 1. cap. 17. n. 7.* ut de ea rectiſſimè dici poſſit, qvod medici de Peſte: Fuge, fuge citò & longè, Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 20. n. 3.* Qvo facit qvod Vinc. de Franchis *Deciſ. 526. incip. dictum fuit. n. 6.* ſcriptum tradidit, qvod licet Vaſallus non teneatur ſervire Regi extra regnum, nihilominus tamen & ipſe cogi poſſit ad propulſandum hoſtem appropinqvantem ſui Domini, & ad impediendum ne regnum ingrediatur.

e) Bre-

e) Brevi temporis intervallo tranſitura neceſſitas obſervationem non meretur, *l. pretia rerum. 63. §. fin. ibi: dum hic qvoq; non ex momentis temporum nec ex ea, qvæ raro accidat caritate pretia conſtituantur. ff. ad l. Falcid. l. cum antiqvitas. 28. pr. C. de Teſtamentis.* ubi habetur qvod etiamſi qvidam teſtium eo tempore qvo teſtator uno contextu ultimum ſuum elogium perficere nititur morbo comitiali corripiatur, Teſtamentum tamen ex hoc inevitabili neceſſitatis caſu vitii inſimulari non debeat. Paria namqve ſunt aliqvid facere cum faciendum eſt, vel facere poſt modicum intervallum, *l. continuus actus 137. in pr. de V. O.* Jacob. Concennat. *lib. 2. q. 9. n. 8.* & modicum temporis intervallum non inducit actuum diverſitatem *arg. l. plerig; 33. de R. N.* nec à prætore admodum curatur *arg. l. ſcio. 4. ff. de In integr. reſtit.*

§. 10.

Ejus *Rationes* ſunt potiſſimum 1. Qvia neceſſitas Fataliter accidit, *(a)* & major eſt qvalibet alia gravi cauſa, *(b)* ipſa lex eſt, *(c)* facit leges, *(d)* & factas invitis obtrudit *(e)* 2. Qvia neceſſitatis caſus legi adæqvatur *(f)* & tanqvam lex noviſſima derogat legi veteri *(g)* 3. Qvia id qvod neceſſitas infert judicatur inculpabile *(h)*, rectè facienti autem lex nulla eſt. 4. Qvia ipſum legis officium eſt ſubvenire hominum neceſſitatibus. *(i)*

a) Eo ipſo enim qvo dicitur Neceſſitas Fatalis, ſatis innuitur Neceſſitatem legem non habere, qvod namqve legibus includitur & determinatur, certum eſſe & conſtare debet: certum autem eſſe non poteſt, qvod Fato obtingit, cûm per accidens & præter intentionem, voluntatem, ſpem & expectationem, & ut Pomp. JCtus loqvitur ἐκ παραλόγου *l. jura. 3. ff. de LL.* obvenire ſoleat, itaqve non immeritò à legumlatoribus præteritur. *l. 6. ff. eod.* *b) arg. cap. ſi pro debilitate 3. ibi pro qvalibet alia gravi cauſa vel neceſſitate X. de off. jud. deleg.* ubi conjunctio VEL ampliativè ponitur, adeò ut neceſſitatis caſum cauſis qvibuslibet gravibus anteponat. Vid. Auguſt Barboſ.

dict.

dict.415.n.1.cir.fin. (*c*) Arnold. de Reyger. *in theſ.jur.verb.neceſſitas.* Imò ſupra legem Dom.Card.Tuſch.*lit.N.concl.19.n.57.* *d*) *L. ergò omnes.40.ubi* Turamin. *in libro ſingulari ff. de LL.* pari modo ſicut & SCtis neceſſitas tribuit vigorem legis,qvæ nec per ſe, nec autoritate Senatus vim legis habere poterant Anton. Faber *in Rational. ad d.l. 40.lit.b.* *e*) Johan. Oldendorp. *in lexico verb. neceſſitas.*

f) *argum. auth. noviſſimè verb. vel niſi ex neceſſitate. C. de adm.tutor.* Matth.Weſenb. *Conſ.301.n.218.& Conſ.336.n.186.* multa namqve neceſſitatis cauſa conceduntur qvæ aliàs non concederentur. Rob. Lancellot.*tr.de Attent.p.2.cap.4.lim.8.n.*13. Matth. Coler. *de proceſſ. execut.p.2.c.1.n.92.* Vincent.de Franch. *deciſ.526.dictum fuit.n.5.* *g*) Matth.Weſenb. *Conſ.40.n.28.*

h) Omittendum eſt & inculpabile judicandum ac laudandum potius qvàm puniendum, qvod neceſſitas intulit, verba ſunt *c. ad limina.7.XXX.q.1.* ubi tractatur de qvodam Stephano, qvi in articulo mortis conſtitutum filium ſuum propriis manibus & baptizavit & ſuſcepit,qvem Anshelmus Lemovicinæ Eccleſiæ Epiſcopus,immaturo zelo flagrans,poſthabito neceſſitatis caſu propter contractam cognationem ſpiritualem à ſua conjuge credidit ſeparandum, ſi non à Johanne Papa VIII.melius fuiſſet informatus. et in c. j. XXXIV. q. i. ubi Gl. Caſu.

i) Qvia omnis lex ordinatur ad communem hominum ſalutem (utpote qvæ ſuprema lex eſſe cenſetur)& in tantum etiam vim legis obtinet,in qvantum hominum ſubvenit Neceſſitatibus, cum itaq; homines non adjuvat lex aut adjuvare non poteſt, ſed potius aggravat,impedit & premit,nec vim legis habere debet,nec virtutem obligandi,& per conſeqvens meritò poſthabetur,derelinqvitur & abrogatur. *cap.ſtatutum.11.pr.de Reſcrip.in 6.cap. non debet reprehenſibile judicari 8.X.de Conſang.& affin.* Joh. Bapt.Vivian. *in Rational. ad Cap. qvod non eſt 4.X.de R.I.*

Inſuper 5. omnis lex ratione conſtat, *arg.cap.ſi qvando.5.X. de Reſcript.& l.ſcire leges.17.ff.de LL.qvippè qvæ anima legis dicitur* Turam. *d.l.ſingul.de LL.cap.4.n.*17. ceſſat enim lex ceſſante ejus ratione *arg. l.adigere.6.§.qvamvis.2.ff.de jure patron.* Dyn. *Conſ.49.n.1. & qvod ratione caret extirpari neceſſe eſt.c.chorepiſcopi 5.d.68.* neceſſitas autem jux.Curtium antè rationem eſt.

6. Omnis lex debet eſſe de poſſibili, *c.erit autem.2.d.4.* Lælius

Mancinus *Genial.Disqviſit.cent.2.cap.116.n.2.* nec obſtringit ubi de facto ſervari non poteſt Tuſchus *lit.N.concl.19.n.23.in f.* qvæſtio enim facti prior eſt qvæſtione juris: Neceſſitas autem impoſſibilitatem præſupponit Joh.Petr.Surd. *tr.de Alim.tit.9.q.32 num.14. & 15.* & ideô ſemper habet diſpenſationem annexam, propter qvam non ſubjicitur legi, *cap.nihil eſt 44.in fin.ibi: diſpenſativè propter neceſſitates X. de Elect.cap.in cauſis.19.ibi: niſi fortè cum aliqvid cauſa neceſſitatis diſpenſativè duxerit ſtatuendum.X.de Sent.& re jud.c.6.ibi: Neceſſaria rerum diſpenſatione conſtringimur, & apoſtolicæ ſedis moderamine convenimus, & ibi: ut qvæ præſentium neceſſitas temporum in reſtaurandis Eccleſiis relaxanda depoſcit.ca.1.q.7.* Angel.de Clavaſ. *in Summa de Caſ.Conſc. vb. neceſſitas.n.1.* Hier.Cagnol. *ad l.123.de R.I.n.2.* Theod.Reinking. *de Regim.Secul.& Eccleſ.l.2.cl.3. cap.3. num.39.* Imò Papam ipſum ad diſpenſandum cogere poteſt. *c. ordinationes.5. §. qvamvis IX. qvæſt.1.*

.II.

Exempla in utroque jure ſunt paſſim obvia: Et qvidem qvod Jus Civile attinet Neceſſitas perſonas viles ad honores admittit (*a*) deſtruit alienas ædes(*b*) Cogit ad mutuandum Reipublicæ(*c*) Facit imponi collectas(*d*) Fiſcum coarctat.(*e*)

a) Exercentes artes viles, imò planè infames tempore Neceſſitatis, in defectum honoratorum ad honores & officia publica admitti poſſunt, *arg. l.generaliter.3.§.ſpurios.2. l. eos qvi utenſilia 12.in fin. ff.de Decurionib.* Arnold.de Reyger *in theſaur.jur.verb.neceſſitas.n.2.* Jacob.de Graffiis *lib.2.A.C.cap.44.n.16.* Marq.Freher. *tr. de exiſtimat. lib.3.cap.25.n.8.* Camill.Gallin. *de V.S.lib.10.cap.32.n.31.* per *c. qvi bis 117. diſt. 4. de conſecr.* ubi is qvi ignoranter bis baptizatus eſt ordinari non poteſt, niſi in caſu magnæ alicujus neceſſitatis. *cap.Tuam in Domino.10.X.de ætate & qval.* ubi qvis poteſt eſſe abbas in caſu neceſſitatis licet non poſſit eſſe Presbyter & Gl. *d.cap.10.verb. non aſcendat,* qvæ hoc ad laicum extendit. Nec obſtat *l.ſi qvi.2.§.1.ff.de jure immun.* Ubi dicitur: minores non poſſe admitti ad honores qvamvis neceſſitas penuriæ hominum cogat, qvia ob defectum judicii minores hoc in caſu habentur pro nullis, qvod autem nullum eſt, nihil operari

rari poteſt. *l.nam etſi.5.ibi qvia nullus eſt ff.de injuſto rupto teſtam.* Dn. Burchard.Berlich. *tr.de Jure Noverc.n.35.*

b) Incendii tempore licitum eſt deſtruere ædes vicinas & noſtras alienis ruinis ſalvare, ſola ſvadente neceſſitate Barth. Brixienſ. *in Qvæſt.Dominic.q.82.n.3.inf.* Fr.Pfeil. *conſ.146.n.9.* David Mevius *in diſcurſu de Amneſtiâ cart.O.2.b.per tex.l.ſi alius.7.§.eſt & alia exceptio.4.ff.qvod vi aut clam.l.qvo naufragium fit.3.§.qvod ait Prætor.7.ibi nec enim injuriâ hoc fecit qvi ſe tueri voluit cum aliàs non poſſet.ff. de Incend.ruin.naufr.* Ex qvibus legibus poſt Ludolph.Schrader *ad §.19.J.de R.D.n.5.* adſtrui poſſe cenſet Herman Latherus *de Cenſu lib.1.c.17.n.10.* jure eſſe permiſſum domum privati peſte infectam cum omnibus rebus qvæ in illa ſunt comburere, ne tota civitas peſte inficiatur, ſubintellige magiſtratui Philip.Henric.Hœnon. *diſp.6.de R.I.coroll.3.* aut magiſtro ſanitatis Eberh.Speckhan. *cent.1.qv.12.* Qvo facit qvod dictus Mevius ſcribit: Tempore neceſſitatis pro defenſione urbium, conceſſum eſſe, qvæ iſtis obſtant, licet magni pretii, ſolo æqvare, aut uſibus publicis aptare. *alleg.tr.de Amneſtia d.l.*

c) Tempore neceſſitatis habentes pecunias, cogi poſſunt, eas mutuo dare principi aut Reipublicæ Ant. Hering. *de Fidejuſſor.cap.8.n.101.* Ita qvidem (uti arbitratur & tanqvam veriſſimum affirmat Joh.Fr.Ripa. *tr.de Peſte tit.de Remed.præſerv.contra peſtem.n.185.*) ut absqve ulla ſpe uſurarum reſtitutionem expectent ex collecta in hunc finem imponenda. Cui non abſimilis eſt concluſio Jacob.de Graffiis, ſcilicet Imminente neceſſitate publica poſſe Regem capere bona ſuorum ſubditorum & reſtituere demum ea qvando poterit. *lib.2.Arb.Confeß.cap.44.n.8.*

d) Neceſſitas publica vera & juſta cauſa eſt & eſſe debet imponendi Tributa nova, aut augendi antiqva. Unde urgente neceſſitate publicæ ſcilicet inediæ collecta univerſalis pro cujusqve patrimonii rata, indici poteſt, poſthabito qvocunqve privilegio. *tex. elegans in l.1.C.de qvib.muner.vel præſtat.nemini liceat ſe excuſ.lib.10.* Ad hoc, ne pauperes qvibus res anguſta domi eſt Fame moriantur, & civitas illis deſtituta imperfectionis notam incurrat. *arg.l.2.ff.de Nund.* Joh.Fr.Ripa. *tr.de Peſte.d.tit.n.182.* Non enim eſt dubium, teſte Cic.2.off.qvem allegat Ripa *d.l.n.184.* propter ærarii tenuitatem tributum eſſe conferendum, ut omnes intelligant pro ſua ſalute

reipublicæ neceſſitati parendum. Dixi Collectam univerſalem indicendam eſſe, qvia Reipublicæ neceſſitatibus ſubveniendum cum jactura univerſorum, non qvorundam tantum Ferd. Vaſqv. *Controv. lib. 1. cap. 4. n. 8.*

l. 10. [illegible] commodi [illegible] neceſſitatibus non placuit privilegia dignitatum. C. de annon. et tribut. 10.

Sed qværitur hoc loco, an non Nobiles immunes ſint à Collectis, qvæ reſpectu Belli aut alterius neceſſitatis urgentis univerſaliter imponuntur? & verum qvidem eſt Nobiles magno gaudere præ aliis regionis ſubditis immunitatis privilegio, Tam ratione ſuæ dignitatis per tex. *in l. & qvi 3. §. ſi qvi caſtris. 1. ff. de Mun. & honor.* & autoritatem Tiraqvelli *tr. de Nobil. cap. 20. incip. In multis. n. 168. verſ. nulla diſtinctione. & num. 172. verſ. tamen propter.* Rutger. Ruland. *de Commiſſ. part. 4. lib. 2. cap. 6. n. 46.* Petr. Frider. Mindan. *l. 3. de Mandat. cap. 45. n. 12.* Nec non antiqviſſimam Germaniæ Conſvetudinem Johan. Köpp. *deciſ. 61. incip. etſi ad publicas. n. 5. ſub fin. verſ. ſicuti & in. & n. ſeq.* Qvam ratione bonorum Feudalium pro qvibus Domino Feudi ſervitia præſtant militaria Joach. Mynſ. *decad. 15. reſp. 1. incip.* In Sachen. *q. 1. n. 1. & ſeqq. usq; n. 42.* And. Gail. *l. 2. obſ. 52. penſitationes. n. 13.* Mod. Piſtor. *Conſ. 9. n. 46. ibi:* aber von den Rittergütern. *& ſeq. vol. 2.* Heinr. Roſenth. *de Feud. cap. 5. concl. 78. n. 3.* Unde potius concluſio affirmativa eſſe deberet. Sed vis Neceſſitatis, Favor reipublicæ, inopia reliqvorum ſubditorum, æqvitas & Comm. Dd. opinio contrarium dictitat. *per l. qvotiens urgente neceſſitate 1. ibi: Nulli penitus poſſidentiū ſeſe ſub cujusq; privilegii occaſione, excuſandi tribui facultatem cenſemus. C. ut nemini lic. in empt. ſpec.* R. A. zu Augſp. 1551. §. Solliche der Stände. *ib:* Ihre Unterthanen Geiſtlich und Weltlich / exempt und nicht exempt / gefreyet / und nicht gefreyet / niemand ausgenommen. R. A. zu Speyer. 1542. §. Und nemlich. *ibi:* Wes Standes / Würdens und Weſens die ſeyn / niemand ausgenommen / auch unangeſehen aller Verträge / Freyheiten / Indulten und Herkommen / R. A. zu Augſp. 1566. §. Dieweil nun dieſe. Luc. de Penna *in l. agros. 3. C. de Fund. limit. col. 3. q. 4. n. 9. ſeqq. usq; ad 24.* Gail. *d. l. n. 26.* Köpp. *d. l. n. 15. & ſeqq.* Petr. Heig. *q. 18. incip. in materia. n. 6. 23. 39. par. 1.* Joach. Mynſ. *Cent. 4. obſ. 70. ibi: Qvid multis? Hanc ſententiam non modo Cameralis judicii uſus, ſed & conſvetudo communis totius Germaniæ paſſim recepta comprobat, qvâ nulli Status ſive ordines Imperii à Collectis ob publicam Neceſſitatem impoſitis excuſantur.*

In

In tantùm ut ne qvidem Nobiles Immediati, die freye Reichs Ritterſchafft/tempore Neceſsitatis ſubſidium charitativum effugere poſsint, R. A. 1566. §. Wir wollen auch aus gleichen Bedencken mit der freyen Ritterſchafft von Adel Uns und dem H. Reiche ohne Mittel unterworffen handeln laſſen/ daß Sie zu ſolcher Hülffe wider den gemeinen Feind ſich auch Chriſtlich und mitleidentlich zu erzeigen unbeſchwert ſeyn wollen. *Juncto d.* §. Und nemlich ſollen. R. A. zu Speyer. 1542. Vid. Joſias Nölden. *de Statu Nobil. civili. cap. 15. n. 11. & ſeqq.*

Simile dubium ſeſe offert in Clericis: Sed nec iſti tempore neceſsitatis immunes à Collectis eſſe poſſunt, prout eleganter & copiosè probat Joh. Alemann. *in paleſtra conſultationum juris Conſult. 5. ſub titulo de Jure collectandi & immunitate Clericorum reſtrictâ.* Et Colleg. ſtudii Taurin. *in peculiari Conſilio: qvod Clerici teneantur ad contribuendum pro fortificatione Civitatis, inter Conſil. Feud. var. Dd. Conſ. 3.* qvibus add. Petr. Gilken. *ad l. placet. 5. l. inſtructionem. 7. l. jubemus. 10. & l. neminem 11. C. de SS. Eccleſ.*

vid. l. 21. ut nullus penitus cujuslibet ordinis seu dignitatis C. de Cursu publ. 12.

Citra tamen Neceſsitatem impoſitum Tributum cenſetur contra Juſtitiam impoſitum & princeps ſeu Magiſtratus ſummus aut ejus procuratores peccare cenſentur contra juſtitiam, & reſtituere populo obſtricti ſunt exceſſum. Itaqve ſi tributum exigat Princeps ad ſublevanadm certam aliqvam neceſsitatem p. ad defendendos ſubditos, ſi poſtea linqvantur indefenſi, tenetur ipſe princeps ſubditis ad damna ſubſecuta, qvi cali caſu poſſunt vel occultè ea damna compenſare, vel ex naturâ pacti conventi ex utroqve latere obligatorii tributum ipſi denegare. Ludov. Molina *de J. & J. tr. 2. Diſp. 667. n. 1 & ſeqq.*

e) Caſum Neceſsitatis attendere qvoqve debet Fiſcus per ſe admodum privilegiatus & Favorabilis *l. 1. ibi: ut Fiſco cujus ob neceſsitates publicas cauſam potionem eſſe oportet. C. de Condict. ex lege.* Et qvi ejus cauſam agunt Publicani, licet aliàs parum tribuant æqvitati & rationi. *tex. eleg. in l. 1. ibi: qvod enim jus habet Fiſcus in aliena calamitate, ut de re tàm luctuoſa compendium ſectetur. C. de Naufr. lib. 11.* Joh. Parlador. *lib. 1. R. Q. cap. 3. n. 18.* Ita qvidem ut propter neceſsitatem adverſæ tempeſtatis expoſitum onus commiſſo vindicari non poſsit, *tex. in l. interdum. 16. final. §. ſi propter neceſsitatem. 8. ff. de Publ.* Unde Jacob.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0031-1

de Graff. *l.2. A.C. cap.44. n.3.* ſcribit qvòd ad ſolvendam gabellam, arctari non poſſit is, qvi ventorum vel hoſtium vi, vel dira fame compulſus portum petiit, & merces expoſuit, cum hoc ſolo neceſſitatis intuitu cenſeatur feciſſe, cujus nomine utiqve immunitatem jura pollicentur. Pariter ſicut nec imputari poteſt ei, qvi iisdem neceſſitatibus urſus, mercimoniis ſuis viis inuſitatis inſiſtit, & loca qværit invia, cùm jam non præſumatur hoc facere animo fraudandi Fiſcum. teſte Fr. Perſonali *in tr. de Gabell. n.94.* Facit huc qvoqve caſus *l. Cæſar. pen. ff. de Public.* ubi non obſtante lege prohibitoriâ, illi qvi ventorum injuria compulſus ex neceſſitate portum repetiit, liber abitus conceditur. Gallin. *de V.S. lib.10. cap.32. n.56.* An & qvare autem is, qvi ob neceſſitatem uſumqve publicum rem ſuam invitus vendere coactus eſt, alcavalam (*ſeu ut vulgò apud nos vocatur* die Acciſen *vel detractionem*) ſolvere debeat vel non debeat vid. pot. Lud. Molin. *de Juſt. & Jur. tr.2. D.663. n.12.* Et num Laudemium debeatur in emtione venditione facta ob cauſam neceſſitatis vid. Hartm. Simonis *l.1. q.50. n.52. & 53.* Albert. Brunus *inter conſil. Feudal. conſ.* 44. *n.* 11. Joh. Parlador. *R. Q. lib.* 1. *cap.3. n.19.* qvi negant deberi, & Carol. Molinæus. *ad Conſ. Pariſ.* §.22. *n.14.* qvi affirmat.

θ. 12.

Similiter Neceſſitas liberat Citatum à contumacia (*a*) Prrgat Moram (*b*) Impedit præſcriptionem (*c*) Tollit ſuſpicionem uſurariæ pravitatis (*d*) Sinit mulierem poſtulare (*e*) Facit invitum curatorem bonorum. (*f*)

a) In Jus vocati ut eant vox eſt Prætoris, ex qvacunqve enim cauſa ad prætorem vel alios, qvi jurisdictioni præſunt, in jus vocatus venire, aut propter contumacem tergiverſationem mulctam judicis competentis expectare debet. *tex. in l.2. pr. ff. ſi qvis in jus vocatus non.* Frid. Hildropf. *in proceſſ. Judic. par.2. tit.1. n.*24. Attamen Citatus ad comparendum in termino, ſi neceſſitate impeditus emaneat & poſteà probet ſuam neceſſitatem, non cenſetur contumax fuiſſe, nec pœnas contumaciæ dare compellitur. Vid. Jacob. Rævard. *ad l. 162. ff. de R.I.* Eberh. Speckhan. *cent.1. q.59. n.*41. Chriſtoph. Beſold. *in* the-

theſaur.pr.lit.E.verbo Ehehafft. Ipſum enim neceſsitas excuſat *arg. cap.in nomine Domini.2. ibi: ſi verò noluerit venire, & non ex inevitabili neceßitate venire non poßit. X.de Teſtib.* Arnold. de Reyger. *in theſaur. jur.vb.neceßitas.n.2.* utpote qvæ præpedimentum affert. *cap.ex tuarum 5. ibi neceßitate aliqva præpeditus X. de autoritate & uſu pallii.* Landr. *Lib.2.art.7. ibi:* Vier Sachen ſind die ehehaffte Noth heiſſen/ Gefängnüß/ Kranckheit/ Walfahrten auſſer Landes und des Reichs Dienſt/ Welcher eine dieſer vier Sachen den Man irret/ daß er zu Geding nicht kompt/ wird ſie beweiſt als recht iſt/ von einem ſeinen Boten/ wer der ſey/ er bleibet es ohne Schaden/ und gewiñet des Tage biß an das nechſte Geding/ nachdem er von der Ehehafften Noth ledig wird. Pari modo ſicut citatus ad locum ubi Peſtis viget comparere, & ſe periculo mortis exponere non tenetur, ſed exceptionem loci non tuti jure optimo opponere poteſt. Ludolp. Schrad. *ad §.19. J.de R.D. n.19. 20.21.*

b) Alias unicuiqve nocivam *l.in condemnatione.* 173. *§.2.ff.de R.I. cap.mora.25.eod.in 6.* illam autem purgat neceſsitas Wilhel. Anton. Freundeb. *de R.M.concl.59. n.22. arg. l. ſi qvis tutor. 60. §. qvid ergò.* 4. *ibi: & inter moras, & ibi iniqvum enim eſt ff.de R.N.* adeò ut Tutor neceſſitate impeditus proferre probationes ſuæ excuſationis, audiatur etiam poſt pubertatem pupillæ officio tutelæ licet finito, ad hoc ut eam uxorem ducere poſsit. *d.l.60.* §.4.

c) Neceſsitas Hoſtilitatis ſeu qvæ provenit ob hoſtium præſentiam impedit Temporis præſcriptionem. *l.licet poſſeßio* 4. *ibi: præjudicium tibi ex transmiſſi temporis injuria generari non poteſt. C. de acqvir.poſſeß. c.prima actione.* 13. *ibi: non enim erit objicienda præſcriptio temporis, ubi neceßitas intereſt hoſtilitatis. XVI. q. 4. c.porrò.ſeq.* 14. *ibi: verum ſi annorum prolixitas in talibus impediat, Deus ipſe reprehendendus eſt, qvi poſt qvadringentos & triginta annos filios Iſrael de duriſſima ſervitute Pharaonis & fornace ferrea liberavit: Sed ipſe per ſe noſter redemptor fuit, qvi humanum genus poſt tot annorum millia de inferni clauſtris eripuit d.ca. & q.*

d) Qvando Neceſsitas aliqva intervenit, qvâ creditor vel debitor emere vel vendere aliqvid coactus fuit, tùm etſi mutuum venditioni cauſam dederit, non tamen propterea venditio uſuraria cenſetur, ſed potius omnis iſta ſiniſtra ſuſpicio, qvæ ex præcedente mutuo oriri ſolet, penitus ceſſat, etiamſi propterea viliori pretio

qvis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0033-2

qvis emerit vel cariori vendiderit. vb. ſunt Hartman. Sim. Piſtoris *obſerv.219. n. 14.*

e) Mulier qvamvis edicto prohibeatur poſtulare pro alio *per tex. & optimam rationem. l. 1. §. ſecundo loco. 6. ff. de poſtuland.* admitti tamen poteſt tempore Neceſſitatis pro parentibus morbo aut ætate impeditis, ſcilicet qvando neminem qvi agat habere poſſunt. *l. Fœminas, 41. ff. de procur.* Petr. Duenas. *in Fall. R. I. Regul. 369. v. nono limita.* Eodem modo qvo Sacerdoti, cujus officium eſt nulli nocere, omnibus autem velle prodeſſe, imminente neceſſitate pro perſonis conjunctis aut miſerabilibus poſtulare licet. *cap. fin. X. de poſtul.*

f) Qvamvis etiam autore Caſſio JCto Curator bonorum invitus fieri nemo poſſit, cum alieno onere invitum prægravare aliqvem nimis durum ſit, qvin tamen poſſit in caſu neceſſitatis magnæ, ne bona defuncti peſſum eant, expreſsè tradit Ulp. JCtus *in l. de Curatore. 2. §. qværitur. 3. ff. de Curat. bon. dand.* Alberic. de Roſate *in diction. lit. N. §. neceſſitate urgente.*

θ. 13.

In *Jure Canonico* habemus caſum In coadjutore viventis epiſcopi (*a*) In clerico non reſidente in ſuâ præbenda (*b*) Occupato circa defenſionem Urbis (*c*) Freqventante tabernas publicas (*d*) In Laico non ſolvente Decimas (*e*) In Judæo medico Chriſtiani (*f*).

(*a*) Urgente inevitabili Neceſſitate, non obſtante Conjugio ſpirituali poteſt epiſcopo viventi coadjutor cum ſpe ſucceſſionis. *c. petiiſti. 17. c. qvia Frater. 18. & paſſim VII. q. 1.* aut volenti ſucceſſor ſimpliciter conſtitui. *c. qvaliter. 13. c. qvamvis. 14. & paſſ. d. ca. & q.* vel ipſe epiſcopus deſerere ſuam eccleſiam & ſe ad aliam conferre. *c. ſicut vir. 11. d. l.* Pari modo ſicut & alio cuivis paſtori ſeu miniſtro verbi decrepitæ ætatis vel continuo morbo laboranti ſubſtitutus adjungi poteſt. Ita tamen ut non ab ipſo eligatur, ſed à Patrono Eccleſiæ ordinario modo vocetur, & Epiſcopo ad confirmandum præſentetur, habiturus poſtmodum vel ſpem ſucceſſionis vel congruam alimentationis proviſionem. Qvâ de re docuit publicè Dn. Carpzov. *lib. 1. prælection. tit. 2. def. 16. 17. & 18.*

(*b*)

(*b*) Regulariter Clericus ſub pœna privationis in Eccleſiâ vel præbendâ reſidere debet, *cap. 4. 8. & ult. & t.t. X. de Cleric. non reſid.* Et collatio dignitatis alicui facta qvi reſidere non poteſt, non valet & collator privatur largiendi poteſtate, *cap. 3.* Adeò ut hoc pro jure habeatur tàm in beneficio modicæ æſtimationis, *cap. 6.* qvâm in qvalibet alia dignitate, ita ut nec Cardinalis *cap. 2.* nec Archiepiſcopus *cap. 9.* nec Decanus *cap. 8.* nec alius qvispiam ab hujus juris conſtitutione immunis eſſe poſſit: Sed hoc jus neceſſitatis tempore non valet, qvo ſcilicet pro reſidente habetur, qvi reſidere paratus eſt, ſed ex probabili neceſſitate reſidere non poteſt. Bart. *ad l. Teſtamento. 19. n. 1. ff. de aliment. legat.* Franc. de Caldas Pereyra *recep. ſent. lib. 1. q. 3. n.* 11. & latè *Conſil. 20. per tot.* Joh. Wameſ. *tom. 1. Conſ. Jur. Pontif. conſ. 206.* undè ejusmodi abſens non ſolùm fructus groſſos (uti appellant) beneficii ſui percipere poteſt, ſed etiam diſtributiones qvotidianas (qvæ manualia beneficia nuncupantur) *cap. un. ibi: juſta & rationabilis corporis neceſſitas, de cleric. non reſid. in 6.* Wameſ. *Conſ. 207.* And. Vallenſ. *in parat. Jur. Can. lib. 3. t. 4. n. 7. 8. & 9.*

(*c*) Jure Can. perſonis Eccleſiaſticis uſum armorum prohibitum eſſe paſſim patet, Eccleſia enim corporalia neſcit arma ſed ſolum Deum & propugnatorem ſuum, qvando ei placuerit miſereri, patienter expectat, *c. porrò. 14. XVI. q. 4.* & contra profeſſionem ordinis clericorum eſt, exercere ſecularem militiam *c. 1. XXIII. qv. 8.* cùm eorum arma ſint lacrymæ & orationes. *c. non pila qværunt ferrea. 3. d. l.* imò nec ſeipſum armis defendere Clerico licet, *c. cùm à Judæis. 2.* multò minus civitatem, *c. nimium. I. d. l.* Attamen in caſu extremæ neceſſitatis, clericos & omnes qvi immunitate aliàs gaudent eccleſiaſtica, teneri ad cuſtodiam civitatis facit tex. plusqvam perſpicuus, *cap. 2. ibi: Fraternitas tua nullum per noſtræ vel Eccleſiæ ſuæ nomen aut alio modo excuſari à murorum vigiliis patiatur, ſed omnes ad hoc generaliter compellantur. & c. X. de Immun. Eccleſ.* Dictio NULLUS *in d. cap.* juxta ſuam naturam nota univerſalis negativa eſt, excludens tàm principale, qvàm acceſſorium. *cap. cùm ad noſtram, ubi Panorm. n. 5. X. de Elect.* per vocabulum NOMEN, ſignificatur titulus *l. 1. ibi: titulorum inſcriptione & ibi: cui nomen Dominicum præſcribitur C. ut nemo privatus tit. præd. ſuis impon.* Cauſa *l. qvi cum uno teſticulo. 4. §. non omnis. 8. ibi exauctoratus eo nomine. ff. de Re Milit.* And. Alciat. *ad*

vid. Can. 25. XXIII q. 8
vid. C. de hic. 96. d. 50

l.nominis.6.n.1.ff.de V.S. Prætenſio *rub.C.de his qvi potentiorum nomine titul.præd. affig. vel eorum nomina in litem prætendunt.* Vel aliud qvoddam excuſationis figmentum, qvo cum tergiverſantes defenſionem civitatis effugere nituntur. Per ECCLESIAM hoc in loco non ſolùm capella ſeu ſacellum intelligitur (licet aliàs regulariter non intelligatur, *argum.cap.reqviſiſti.15.verſ.ſecus autem eſt X.de Teſtam.*) ſed etiam virtute Cl. AUT ALIO MODO: absqve dubio monaſterium, Xenodochium, Noſocomium & omnis omninò locus pius. Et hoc non tantùm propter evidentiam Textus, *& auth.item nulla communitas, ibi Eccleſiis vel aliis piis locis C.de Epiſc.& Cleric.* ſed etiam qvia in favorabilibus, prout absq; dubio eſt defenſio, Eccleſiæ appellatione omnis pariter pius locus includitur. Bertach. *in repert.verb.Eccleſia n.22.* Barboſa *de appell.verborum.app.85.num.15.& 16.* Per vocabulum Suæ ſatisfit diſſentientibus, & probatur hanc Decretalem non loqvi de Hominibus Eccleſiæ, qvales ſunt vaſalli, Coloni, miniſtri & alii ſimiles, ſed in ſpecie de Clericis, qvi rectè Eccleſias ſuas appellare poſſunt. *cap.ſi tibi al̦e ti 17.de præbend.in 6.* prout eleganter hoc notat Collegium Studii Taurinenſis *in ſupr.alleg.Conſilio inter conſil.Feudal.var.doctor.3.n.7.*

(d) Qvamvis Clericis expreſsè ſub pœna depoſitionis prohibitum ſit tabernas publicas freqventare. *c.non oportet.2.ibi tabernas intrare.& c.nulli clerico.3.ibi aut ceſſet aut deponatur c.clerici.4.ibi edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur diſt.44.* aut habitum ſuum religioſum in vulgarem & popularem transformare *cap.clerici officia.15.X.de Vita & honeſt.cleric.* Utrumqve tamen ipſis licet tempore Neceſſitatis utputa, in itinere neceſſitatis cauſa conſtitutis vel juſto timore perculſis. *d.c.clerici.4.ibi niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.& d.cap.15.ibi cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti* Andreas Vallenſ.*in parat.X.de vita & honeſt.cleric.n.8.& 15.* Qvò facit *rub.& t.t.50.X.lib.3.* ubi generaliter prohibetur: ne clerici vel monachi ſecularibus negociis ſe immiſceant, & tamen ſtatim conceditur. *cap.1.d.t.* negotium juſtum propter diverſas neceſſitates.

(e) Decimæ (qvas ſibi Dominus reſervavit, qvaſi titulo qvodam ſpeciali in ſignum univerſalis Domini. *cap.cùm non ſit 33.X.de Decim.*) admodum favorabiles ſunt *c.Decimæ 66.XVI.q.1.*& fundo inhærere cenſentur. *d.cap.33.* propterea non ſolutæ prædio vendito

trans-

tranſeunt ad novum poſſeſſorem Panor.*ad cap.de terris.n.3.X. de Decimis*,gaudentq; ſuo privilegio inter creditores N. G. O. *tit.42.* §. Ferner. Matth.Berlich. *par.1.concl.pract.64.n.108.* perinde ac tributa ſecularia *arg.d.c.decimæ.66.ibi: decimæ tributa ſunt egentium animarum.cap.tua nobis.26.d.t.* in tantùm ut etiam is,qvi ſolummodo tantundem recollegit,qvantum ſibi & ſuæ familiæ ſufficere poſſit in annuum victum,teneatur ad eas perſolvendas. Nihilominus tamen ad præſtationem decimarum adſtringi non poteſt is, qvi tanta inopię neceſſitate laborat,ut earum exſolutione ſibi Fame moriendum eſſet, non obſtant, qvod ſacrilegiũ committat qvi decimas detinere præſumit. *c.1. XVI. qv.1. & ob id excommunicari poſſit & debeat.c.omnes decimæ. d.l.* Panorm. *ad cap.cum homines.n.5. & 6. X. de Decim.* Matth.Brun. *tr.de ceßion.bon.q.2.qvartæ q.princip.n.4.* Caſp. Manz. *in patroc.debit.dec.3.q.6.n.29.& ſeqq,* qvi præter neceſſitatis conſiderationem potiſſimum nituntur in ea ratione, qvod per ſe Eccleſia tanqvam mater omnium pauperum. *c.1.§.poteſt etiam.XIV.q.2.* obſtricta ſit ſuccurrere in ejusmodi neceſſitate conſtitutis. *c.aurum.70. ibi: aurum Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget & ſubveniat in neceßitatibus.XII.q.2.* adeò, ut ſi ſuperſedeat, ipſius res perinde ut cujuslibet alterius licitè auferre poſſint,multò magis retinere, cum favorabilius ſit retinere qvàm acqvirere. Qvod etiam in primitiis & oblationibus obtinere facit ratio, qvod juxta ordinatam charitatem,qvi vult dare eleemoſynam,debeat incipere à ſe ipſo. Gl. *in cap.inter opera.20.verb.revocare.X. de ſponſalib.*

(*f*) Caſus neceſſitatis facit,ut id qvod ſimpliciter dicitur Neminem Chriſtianum ſive clericus ſit,ſive Laicus, in infirmitatibus ſuis ad ſe accerſere Judæum, & ab eo medicamenta percipere debere, ſub pœna depoſitionis & excommunicationis *in cap. nullus.13. XXVIII.q.1.* intelligatur cum reſtrictione,niſi aliud Tempus Neceſſitatis,Peſtis ſcil.exigat & reqvirat. Marqvard de Suſanis *tr. de Judæis.par.2.cap.7.n.10.ibi & ideò recipere medicinam à Judæo eſt peccatum mortale* Ludolph. Schrader. *ad §.19.J. de R.D.n.46.* Sicut nec text. *in can.ſubſeq.14.ibi:* indignum atqve ſacrilegum eſt Judæorum cibos à Chriſtianis ſumi, *d.ca.& q.* in caſu Famis locum invenire non poteſt.

§. 14.

Eodem Jure propter Neceſſitatem permittitur ſupellex profana ædi ſacræ inferri (*a*). Non punitur communicans cum excommunicato (*b*) excuſatur Juramentum non ſervans (*c*) & votum (*d*) conceditur prælatis exigere à ſuis ſubditis auxilium charitativum (*e*).

(*a*) Licet Papa Innocentius III. in Concilio generali usqve adeò Zelo Divinæ domus comeſus ſit, ut firmiter prohibuerit ſupellectilia aliena tàm clericorum qvàm laicorum ædi ſacræ imponi, motus ratione, ne videlicet potius videatur domus laica, qvàm Dei baſilica. Sartam tectam tamen conſervat ſuam libertatem neceſſitati, permittendo, ut durante eâ, ſivè incendii ſit, ſivè depopulationis, ſive urgens alia qvalis qvalis, hujuſmodi ſupellex in Eccleſiam intromittatur, ibiq; ſuum habeat refugium, modò ceſſante ea in priſtina loca reportetur, *cap. 2. & ibi gl. X. de Cuſtod. Euchariſtiæ.* Pariter ſicut & ex cauſa neceſſitatis hoſpitiū in Eccleſia exerceri poteſt *c. nulli. 5. diſt. 42.* licet aliàs regulariter prohibeatur *cap. 1. X. de Immun. Eccleſ.* Camill. Gallin. *de V. S. lib. 10. cap. 32. n. 32.*

(*b*) Neceſſitas permittit habere negotium cum excommunicato ſive ſit neceſſitas excommunicati ſive alterius *c. qvoniam multos. 103. XI. q. 3. cap. ſi verè. 34. X. de Sent. excom.* Barth. Brixienſ. *in qvæſt. Dominic. q. 82. n. 3.* Licitum enim eſt non ſolùm aliqvid ab excommunicatis petere, emere aut accipere, ſed etiam ipſis excommunicatis *jux. verb. d. c. 103.* non in ſuſtentationem ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa aliqvid dare, Jacob. de Graff. *l. 2. A. C. cap. 44. n. 17. & 18.*

† Jacob. Menoch. A.C. Cas. 451.

(*c*) Neceſſitas diſſolvit juramentum, qvod tamen obligatio animæ cenſetur Seb. Hommold. *in repert. reg. vol. 2. pag. 520. reg. 1924.* & facit, ut aliqvis ſuo juramento honeſto & licito contravenire & abſolutionem petere poſſit Petr. à Duen. *hac noſtra reg. ſive 488. verſ. duodecimo.* Ant. Hering. *tr. de Fidejuſſ. cap. 1. n. 154.* Jacob. de Graff. *d. l. n. 8.* Andr. Scheff. *part. 2. Qvæſt. Juris pract. q. 3. n. 9. per c. ſi aliqvid. 16. ibi & magis inſtante neceſſitate pejerandum nobis qvàm & c. XXII. q. 4. arg. l. fin. ibi qvi jurato promiſit judicio ſiſti, non videtur pejeraſſe, ſi ex conceſſa*

cau-

cauſa hoc deſeruerit.ff. qvi ſatisdar. cog. Imò qvando imminet necesſitas, & non poteſt haberi copia ſuperioris, à qvo petatur abſolutio â juramento, tunc qvilibet à juratâ ſuâ promiſſione citra metum perjurii *arg. à contr. ſenſu cap. qverelam. 10. ibi crimine perjurii irretiti & ibi contra juramentum ſuum non neceſſitate ſed voluntate ab ejusdem penſionis ſolutione ceſſaſſe, ubi* Felinus. *n. 11. X. de Jurejur.* propria autoritate recedere poteſt, etiam absqve abſolutione. Hipp. de Marſil. *ſing. 421. incip. qvando periculum eſt in mora.* Unde Caſpar. Manzius in ſuo patrocinio debitorum ſcribit, extremæ necesſitatis caſu non teneri debitorem ſolvere, etiamſi antea juraſſet ſe ſoluturum. *Dec. 3. q. 6. n. 40.* qvod ſuo modo verum eſt, qvamvis rectius dicere debebat Manzius debitorem non poſſe ſolvere tali caſu, qvàm non teneri, impoſſibilitas enim hoc loco ex facto oritur, manente nihilominus obligatione juris.

(d) Vota licet ab initio ſint voluntatis ex poſt facto autem neceſſitatis *arg. l. in commodato. 17. §. ſicut. 3. ibi: qvod principio beneficii ac nudæ voluntatis fuerat, converti in mutuas præſtationes actionesq; Civiles. ff. commod. arg. l. ſicut initio. 5. C. de O. & A.* & obligent heredem ſub pœna privationis hereditatis & vinculo anathematis *cap. licet univerſis. 6. X. de voto* tanqvam contractus cum Deo noſtro initi, cui prout omni invito creditori aliud pro alio ſolvi non poteſt, cùm ſatius fuiſſet non vovere qvàm votum prout melius poteſt non perficere *c. ſcimus. 9. XII. q.* 1. Svadente tamen neceſſitate votum eleemoſynis redimi, vel in aliud votum commutari poſſe facit tex. *in cap. 1. X. de voto* aut ad tempus differri teſtatur Jacob. de Graffiis. *lib. 2. A. C. cap. 44. n. 11.*

(e) Qvamvis prælati expreſsè prohibeantur gravare ſuos ſubditos talliis & exactionibus, cùm inconveniens ſit colligere Filios Theſauros ſuis parentibus, plusqvam inconveniens verò & multum longè à paternâ pietate alienum, præpoſitos ſubditis ſuis graves exiſtere. *c. nulli epiſcoporum. 62. ibi: qvia Dominus paſcere & docere nos docuit, & omnibus miniſtrare, non terrenis lucris & avaritiis delectari. XVI. q. 1.* Qvin tamen pro ratione necesſitatis ſupervenientis cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare, concedit ipſum concilium Lateranenſe ſub Alex. III. relatum *in cap. cum Apoſtolus. 6. §. prohibemus. X. de Cenſibus.*

§. 15.

Quid de *Naturali, Divino et Gentium* Jure qvoad materiam Necesſitatis noſtræ Fatalis ſentiendum, difficile dictu eſt, & præſtat nihil dicere qvàm parum, inprimis qvoad obligationem illam qvę conſcientiam afficit, de pœna enim temporali dubium ingens eſſe non poteſt.

Plusqvam manifeſtum eſt Jura Naturalia, qvæ cum ipſo Genere humano rerum natura prodidit §. *ſingulorum. 12. I. de R. D.* divina qvadam providentia conſtituta ſemper firma & immutabilia permanere. §. *pen. J. de I. N. G. C.* nec ulla contraria lege tolli aut penitus abrogari poſſe: Sed hoc intelligendum eſt cæteris paribus uti loqvitur Joh. Harppr. *ad d. §. pen. I. de I. N. G. C. n. 4.* iisdem videlicet manentibus cauſis & circumſtantiis, qvibus illud fundatum, & ob qvas conſtitutum fuit, mutatis enim propter ſupervenientem neceſſitatem cauſis, circumſtantiisqve, & ipſum jus qvodammodo mutari, vel certè declarari, temperari & impediri, neqve amplius per omnia obſervari convenit. Hæc res non eget exemplis longè petitis, cum qvotidiè hujusmodi caſus ſeſe nobis offerant. Maris & fœminæ conjunctio procreandorum liberorũ cauſa juris eſt naturalis, *pr. J. de I. N. G. C. l. 1. §. jus naturale. 3. ff. de J. & J.* qvo jure conſeqventer cœlibatus prohibetur & improbatur. Baſil. Monner. *p. 1. cap. 3. n. 8. & part. 4. cap. 5. n. 8.* Necesſitatem autem præter jus naturale imperare qvandoqve cœlibatum experientia monſtrat, & Divi Pauli Apoſtoli confirmat conſilium. *1. Cor. 7. v. 26. ibi propter inſtantem neceßitatem* Johan. Harppr. *ad §. nuptiæ autem. 1. n. 105. & seqq. J. de Patria poteſtate.* Circa educationẽ liberorum, qvæ non minus atqve procreatio juris eſt naturalis. *C. jus naturale 7. diſt. 1.* tradunt paſſim tàm Philoſophi ac Politici qvàm JCti, matres ſuo lacte non nutricum adhibitarum debere ſuos fœtus alere atqve educare, adeò ut damnetur contraria conſvetudo, tanqvam prava & ex incontinentiâ nata, *c. ad ejus 4. diſt. 6.* Verùm ſi mulieres puerperæ laboribus partûs ſint admodum debiles ac infirmæ factæ, vel ubera morboſa aut lacte habeant deſtituta, qvis negabit cedendum eſſe huic

ne-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0040-1

necesſitati Johan.Harpp. *ad pr. J. de J.N.G.C. num.6. & ſeqq.* Paren-
tes liberis debent Jure Naturali alimenta *d. pr. J. de J. N. G. C.* (cu-
juscunqve ſexus liberi ſint vel conditionis, imò etiamſi ſint natura-
les *auth. licet. C. de Nat. lib.* vel etiam procerati ex complexu damna-
to *c. cùm haberet. 5. X. de eo qvi dux. in ux. qvam per adult. poll.* diſſentiẽte
licet Jure Civili *d. auth. Licet. & auth. ex complexu. C. de inceſtis nupt.*
utpote, qvòd hodiè etiam in terris non ſubjectis Summo Pontifici
uſu non obſervatur, teſte poſt alios Ludol. Schrad. *ad d. pr. J. de I. N.
G. C. n. 24.*) & vicisſim liberi alimenta debent ſuis parentibus *l. ſi qvis.
5. §. 1. in fin. & t. t. ff. de agnoſc. & alend. lib. & t. t. C. de alend. lib. & paren-
tibus. l. ult. §. ipſum 5. ibi propter ipſam naturam. C. de bon. qvæ lib.* Utros-
qve ab hoc jure excuſat necesſitas, egeſtas videlicet ejusmodi, qvæ
vix ſufficit ipſis parentibus vel liberis ad ſuſtentandum ſe ſolos, &
tunc locum ſibi vindicat miſerum & commune verbum, qvi nihil
habet, nihil dare poteſt, *c. Daibertum. 24. ca. 1. q. 7.* Rectè itaqve pro-
nunciavit Thales Mileſius *apud Plutarch. lib. 1. de placit. philoſ. cap. 25.*
necesſitatem univerſæ naturæ prævalere, qvem citat Petr. Peckius.
de R. I. reg. 78. n. 1.

Jus Divinum qvod attinet ſanè cùm diſpenſatio circa hoc jus
nulla ſoleat eſſe *c. literas. 13. verſ. opinioni. X. de Reſtitut. Spoliat.* qvo-
ad forum externum non immeritò ſeqvimur Jus Civile circa caſus
ab eo receptos, qvoad Forum verò animæ, qvamvis impoſſibi-
litas, (cui necesſitas æqviparatur *cap. ſciſcitatus 13. X. de Re-
ſcript.*) non comprehendatur ſub jure Divino. *c. inter verba. 55. ibi: ſi
fieri poteſt. XI. q. 3.* cùm Dominus cor reſpicere ſoleat, dum ex nece-
ſitate qvis prohibetur, ut ſonant verba *c. qvem pœnitet. 88. diſt. 2. de
pœn.* & ob id ſimpliciter affirmare velit Dom. Card. Tuſchus *lit. N.
concl. 19. n. 3. ibi: necesſitas non habet legem, neq; humanam, neq; Divinam,
qvia multa prohibita de jure Divino & humano, fiunt permiſſa ex necesſi-
tate & econtra permiſſa fiunt prohibita.* Theod. Reink. *de Regim. Secul.
& Eccleſ. l. 2. cl. 3. c. 3. n. 35. ibi neq; jure Divino, neq; humano necesſitati lex
ferri poteſt.* Wilhelm. Ant. Freundeb. *de R. M. concl. 6. n. 51. ibi etiam
in foro poli mereri excuſationem.* Simpliciter autem Negare Baſilius
Monner. *tr. de Matrim. par. 1. cap. 6. n. 5. arg. c. ita ne. 3. ibi potius qvælibet
mala XXXII. q. 5.* Bonarum mentium tamen erit, ibi etiam aliqvo
modo culpas ſuas agnoſcere, ubi culpa non eſt, qvia ſæpè ſine culpa

vid Gl. in c. Eccle-
sias XIII q. 2. in verb.
[illegible]

agi-

agitur, qvod venit ex culpa *c. ad ejus. 4. in fin. diſt. 6.* Patet hoc ex *cap. 3.* ubi qvidem piſcatio die Dominica permittitur, ſed tamen peccatum, ſi qvod eſt, eleemoſynis qvaſi expiatur. *ibi: ita qvod poſt factam capturam eccleſiis circumpoſitis & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem. X. de Feriis.* Patet etiam ex *cap. ſi qvis. 3. X. de Furtis.* ubi illi qvi furatus eſt propter neceſſitatem famis, veſtem pecus vel alia cibaria, pœnitentia more Pontificiorum trium hebdomatum imponitur, ad hoc nimirum, ut ejus conſcientiæ conſulatur.

De Jure Gentium hoc notandum, conſtitutum eſſe illud humanis neceſſitatibus ita exigentibus. *§. 2. verſ. jus autem gentium. J. de I. N. G. C.* (nempè poſtqvam magiſtra neceſſitas. *l. omnes. 33. §. fin. C. de epiſc. & cleric.* tanqvam maxima regina Hortenſ. Cavalc. *tr. de Teſtib. par. 5. n. 119.* univerſo terrarum orbi leges præſcripſit) Unde etiam vis neceſſitatis huic juri ignota eſſe non poteſt. Teſtantur hoc varia Philoſophorum & Poëtarum dicta, videlicet: *In adverſis neceſſitas voluntati non poteſt comparari, acqvieſcere neceſſitatis eſt, velle virtutis. Neceſſitas ratione in arctis plus valet. Honeſta lex eſt temporis neceſſitas. Humanæ infelicitatis patrona eſt neceſſitas. Improbus malusve non eſt, cui peccat neceſſitas.* & alia qvamplurima qvæ ſponte jam prætermitto, & de qvibus videri poteſt Andreas Tiraqvell. *de pœn. temp. cauſ. 33. & de Retr. Lignag. §. 26. gloſſ. 1. num. 17. & ſeqq.* Camill. Gallin. *de V. S. lib. 10. cap. 32. n. 22. & 23.* Sane jure Gentium ſervitus eſt, utpote conſtitutio, qva qvis dominio alieno contra naturam ſubjicitur *l. libertas 4. §. 1. ff. de S. H. c. cùm Redemptor 68. XII. q. 2. §. ſervitus. 2. J. de I. P.* qvod ſi per vim extrinſecam ſervus eximatur poteſtati ſui domini, caſus neceſſitatis, qvi eum priſtinæ libertati reſtituit, conſtitutionem gentiũ non agnoſcit. Ejusdem juris eſt diſtinctio dominiorum & diviſio rerum ut qvisqve ſuum teneat. *l. ex hoc jure. 5. ff. de I. & I. l. 1. ff. de A. R. D.* & qvod ſuum non eſt, ſciat modis omnibus ad alium pertinere. *l. fin. C. unde vi.* Johann Schneidew. *ad §. 1. J. de I. N. G. C. n. 20.* & ibi Gothofr. *in not.* ubi ex Auguſtino *in c. 1. diſt. 8.* adjicit jure divino omnia eſſe communia, jure verò conſtitutionis hoc meum eſſe, hoc alterius. Tempore autem neceſſitatis jux. Dd. opin. comm. omnia ſunt communia. *c. ſicut hi. 8. diſt. 47. l. 2. §. cum in eadem. 2. in f. ff. ad l. Rhod. de jactu.* Gloſs. *in Can. diſcipulos verb. Fame. diſt. 5. de Conſ. & in cap. 3. verb. pœniteat X. de*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0042-2

Furtis Petr. Gerard. de Petra Sancta. *ſing. 100. n. 12.* Henning. Göden. *Conſ. 109. n. 70.* Didac. Covarruv. *in relect. cap. peccatum. de R. I. in 6. par. 2. §. 1. n. 3.* Petr. Peck. *ad cap. 4. de R. I. in 6. num. 7.* Dom. Card. Tuſch. *lit. N. concluſ. 19. n. 29.* Joh. Harpp. *ad §. 1. J. de oblig. qvæ ex delicto. num. 16.* Dn. Carpzov. *in pract. Crim. part. 2. qv. 83. n. 41.* Etſi non ſint communia magiſtratus efficere hoc poteſt, ut fiant communia, h. e. ut communicentur. Chriſtoph. Coler. *ſentent. Utr. J. ſub elem. Neceſſitas verſ. tempore neceſſitatis.* Unde urgente neceſſitate reſpublica divites ſuos cogere poteſt, ut vendant frumentum Luc. de penna *ad l. 1. C. de qvib. muner. nem. lic. ſe excuſ. lib. 10.* & alias res ſuas etiam pretio ut ipſis venditoribus apparet viliori, *arg. l. ſi pendentes. 27. §. ſi qvid cloacarii. 3 ibi: ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere. ff. de Uſufr. l. nulli. 7. ibi: impoſitis pro neceſſitate rerum pretiis. C. de erogat. mil. annon.* ipſis per præfectos annonæ conſtituendo jux. *l. 1. §. 11. ibi cura carnis omnis, ut juſto pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet. ff. de off. præf. Urbi. non obſtante l. fin. pr. & §. 1. ff. de L. Jul. de annona.* Joh. Fr. Ripa. *tr. de Peſte. tit. de Remed. præſerv. contra peſtem. num. 186. & mult. ſeqq.* Fr. Pfeil. *Conſ. 190. per tot.* Johann. Sichard. *ad l. nec emere. 16. num. 6. C. de Jure delib.* ubi hoc exemplo lapidicinæ confirmat. Inſuper Legatorum non violandorum religio & ipſa Juris Gentium eſt *c. jus gentium. 9. diſt. 1.* qvo jure Legati ſancti i. e. inviolabiles cenſentur *l. ſi qvis legatum. fin. ff. de Legat.* qvòd ſi tamen neceſſitate qvapiam violentur Legati, non video qvid fieri poſſit, cùm lege careat neceſſitas.

Θ. 16.

Supereſt Qvæſtio omnium hujus materiæ vulgatiſſima: An *Furtum* tempore Neceſſitatis propter neceſſitatem perpetratum excuſari poſſit? qvæ qvia fermè omnibus Dd. ſtatim atqve noſtræ regulæ mentionem faciunt exempli loco eſſe conſvevit, à nobis qvoqve fuſius pertractanda erit.

a) quâ morte gravior est c. 20. d. 86.

Et qvidem tempore neceſſitatis Famis a) ſcilicet, qvâ nulla eſt ſeverior miſeriorqve neceſſitas Tiraqvell. *de pœn. temp. c. 33. in f.* Furtum impunè committi poſſe, communis doctorum eſt opinio. *per c. diſcipulos. 26. diſt. 5. de Conſecr.* Matth. de Afflict. *ad cap. un. Si de Feudo fuerit content. inter Dom. & agn. §. licet Vaſallus. n. 7.* Petr. Ger. de Petraſ. *in ſing. 100. n. 11.* Vinc. Carocius *de depoſito. part.* 1. *excuſat. 5. n. 4. pag. 162.* Hier. Schurff. *cent. 3. Conſ. 55. n. 3. & ſeqq.* Arnold. de Reyg. *in theſ. ſub elem. Furtum. n. 62.* Ludov. Gilhauſ. *in Arbor. Jud. Crimin. cap. 2. tit. 27. n. 35.* Ratio generalis eſſe poteſt: Qvia multa cogit inopia miſeros facere, in qvibus miſericordiam potius, qvàm pœnam merentur. Petr. Peck. *ad cap. 4. de R. I. in 6. n. 7.* Specialis verò ratio eſt 1. qvia Furtum eſt contrectatio rei, ſcilicet alienæ. *§. 1. J. de obl. qvæ ex del. naſc. l. 1.* §. 3. *ff. de Furt.* tempore inediæ & neceſſitatis omnia ſunt communia. *d. c. ſicut 8. diſt. 47. ibi: Proprium nemo dicat qvod eſt commune. & ibi: eſurientium panis eſt, qvem tu detines, nudorum indumentum eſt, qvod tu recludis, & miſerorum redemptio eſt & abſolutio pecunia qvam tu in terram defodis.* 2. Qvia furtum eſt contrectatio fraudulosa, neceſſitas omnem fraudis & doli ſuſpicionem excludit. *2. F. 52. in fin.* Matth. de Afflictis *ad cap. un. de Pace tenenda verb. nota ſecundo n. 4.* Adr. Gylman. *tom. 4. Symph. part.* 1. *vot. 52. n. 120.* 3. Furtum committitur lucri faciendi cauſa, in neceſſitate nullum lucrum cernitur. 4. Furtum fit invito Domino *l. cum ſervus pen. ff. de cond. cauſ. data. §. placuit. 7. J. de oblig. qvæ ex delict. naſc.* ejusmodi ablationem conſentiente Domino fieri jura præſumunt, *d. c. ſicut. 8. ibi neq; enim minus criminis eſt habenti tollere, qvàm cùm poſſis & abundes indigentibus denegare. diſt. 47.* 5. Furtum voluntate committitur & deliberatò. *d. §. 7. ibi: qvia furtum ſine affectu furandi non committitur.* qvod ex neceſſitate perpetratur coactè fieri intelligitur. 6. Qvia ipſe Dominus ex præcepto tenetur eſurienti ſubvenire: Paſce fame morientem, qvisqvis enim paſcendo hominem ſervare poteras, ſi non paveris, fame occidiſti. *c. paſce. 21. diſt. 86.* unde colligit Gl. *in c. diſcipulos. 26. verb. fame de conſ. diſt. 5.* talem furem juſtè poſſe credere dominum ablationem iſtam permiſſurum, ſeqve ita non delinqvere *d. l. pen. d. §. placuit 7. l. inter omnes. 46. §. rectè. 7. ibi: qvid enim dolo fecit, qvi putat Dominum conſenſurum fuiſſe, ſive falsò id, ſive verè putet. ff. de Furtis.* Addo 7. qvod, cùm vitâ nihil pretioſius ſit, Hommold. *in repert. lit. V. reg. 582.*

582. eaqve ſemel amiſſa reſtitui non poſſit *nov. 13. c. 2. inf.* cuilibet eam redimere qvalibet ratione liceat. *l. 1. ff. de bon. eorum qvi ante ſent.* Addo 8. Qvòd melius ſit divitem rei unius privationem pati, qvàm ut pauper fame pereat. Covar. *in releɛt. cap. peccatũ de R. J. in 6. par. 2. §. 1. n. 6. in fin.* Addo 9. qvòd ex Qvintiliano notat Luc. de Penna: Felix peſtilentia, felix præliorum ſtrages, deniqve omnis mors facilis: Fames aſpera, vitalia haurit præcordia, carpit animi tormentum, corporis tabes, magiſtra peccandi, dirisſima neceſſitatum deformisſima malorum. Hæc ad humile corpus nobiles manus mittit, hæc alienis pedibus mendicantes proſternit, hæc ſæpè ſociorum fidem fregit, hæc venena populis publicè dedit, hæc in parricidium pios egit, &c. *ad l. 1. C. de qvib. mun. vel præſtat. nemin. lic. ſe excuſ.* & ex B. Hieronymo idem Lucas de Penna *d. l.* Nihil fame duriùs, qvæ ſæpè compellit obſeſſos humanis veſci carnibus & in ſuam ſævire naturam: ita ut nec parentes parvulis parcant liberis, & maritalis affectus uxoris dudum amatæ membra dilaceret. Nec non verba And. Tiraqvelli: Fames omnium rerum deterrima eſt, & ad omne ſcelus ſvadendum efficacisſima, ex nullo malorum fonte fœdiora manârunt exempla: hinc Filiorum cædes & infandæ epulæ: hinc præcipitationes aliæqve feſtinatæ mortes, &, qvod omniũ atrocisſimũ eſt, reperti ſunt, qvi ſe ipſos laniârunt, qvando obſcœnos morſus in alios vertere non potuerunt. *de Retraiɛt. Lignagier. §. 28. Gl. 1. n 27.*

Non obſtat 1. *c. Fraternitas. 11. XII. q. 2.* aliud enim eſt inopia aliud neceſſitas. Non obſtat 2. *cap. ſi qvis. 3. X. de Furt. ibi pœniteat.* qvod gl. & Comm. Dd. intelligunt de neceſſitate levi ſeu minus urgente, ego putarem *d. c. diſcipulos.* loqvi de pœna temporali, *hoc cap. 3.* de pœna ſpirituali & eccleſiaſticâ. Non obſtat 3. Qvòd tale furtum diffidentiam erga Deum arguat, ac ſi is promiſſioni ſuæ parùm memor, ſuorum omnem paternam curam abjecerit, & ſuos in periculo, adeoqve famis tempore deſerere unqvam velit, & propterea extraordinaria pœna ſit coërcendum, verba ſunt Petr. Theodorici *in Coll. Crimin. diſp. 2. θ. 8. lit. h.* Qvaſi verò Deus agat ſine mediis, qvaſi verò neceſſitas deliberandi tribuat tempus? Potior eſt ſententia Angeli de Clavaſio, *in ſuâ ſumma verb. reſtitutio. 3. §. 3.* qvi dicit rem taliter ablatam etiam jure Poli effici aufferentis, nec peccare eum

mortaliter *d. l. verb. Furtum. §.36.* Imò dicerem eum ſibi ipſi manus inferre, qvi cùm poſſit mortem tali ablatione effugere, in eam prætextu fiduciæ erga Deum expreſsè conſentit.

Qvænam verò dicatur Neceſſitas Famis & qvæ dira fames, peſtifera, dura, veſana, rabida? nonnulli judicis officio committunt definiendum Matth. Berlich. *lib. 5. Concluſ. 44. num. 43.* Dn. Carpzov. *part 4. Conſt. 37. def. 9. n. 6.* qvamvis & rectisſimè dici poſſit neceſſitas Famis, unde vitæ periculum imminet, inqve noſtro caſu ea, cui aliter, qvàm per contrectationem furtivam ſubveniri non poteſt. Covarr. *in relect. cap. peccatum de R. I. in 6. part. 2. §. 1. num. 3. verſ. neceſſitas.* Hier. Cagnol. *ad l. 123. de R. I. n. 3. & ſeqq.* Ludov. Gilhauſ. *in Art. Crim. cap. 2. tit. 27. n. 36.* Joh. Harppr. *ad §. 1. J. de oblig. qvæ ex delict. num. 18.* Schurpf. *cent. 3. Conſ. 55. n. 3.* In Ordinatione Crim. Caroli V. *art. 166.* eleganter vocatur Rechte Hungersnoth. ſcilicet qvæ non commentitia eſt ficta vel ſimulata, ſed vera, ſed urgens. Non enim ſufficiebat ſimpliciter dicere durch Hunger / niſi diceretur durch Hungersnoth / ad demonſtrandum non ſolam famem præſtare talem immunitatem & indulgentiam, ſed deſiderari qvoqve, ut ſit ipſa famis neceſſitas, & qvidem talis, qvæ vocatur Rechte Hungers Noth / qvod vocabulum Rechte vehementiam tribuit, & ſummitatem & ex parte ampliativum, ex parte declarativum eſt, prout videmus in verbis Rechter Ernſt / recht ſcharff / recht ſchön.

Nihil autem intereſt: an Furem, vel ut honeſtius dicam auferentem ipſum urgeat fames, an verò ejus liberos vel uxorem. Ordin. Crimin. Car. V. *d. art. 166. ibi:* die Er / ſein Weib oder Kinder qvo loco particula *aut* oder disjunctivè ſe habet ad præcedentia, *l. hæc verba. 124. de V. S.* Honded. *vol. 2. Conſ. 35. n. 17.* & ſatis eſt disjunctim verificari, ut loqvitur Honded. *d. l. n. 18.* demonſtat itaqve ſufficere, ut unum ex his neceſſitas Famis vexet, etiamſi reliqvi aliundè, puta laborando, conferendo ſe in aliam regionem vel alio qvocunqve modo ſibi de victu proſpicere poſſint.

Similiter nihil intereſt, an panes farinam vel frumentum Fur abſtulerit, de qvibus loqvi videtur tantùm *d. artic. 166.* an verô veſtem vel pecus, vel pecuniam, ſufficit enim qvôd hoc fecerit extremâ Famis neceſſitate coactus ad comparanda eſui neceſſaria. Hier. Cagnol. *ad l. 123. de R I. n. 7. in f.* Matth. Berlich. *part. 5. Concl. 44. n. 42.*

Dn.

Dn.Carpz. *in Crimin.p.2.q.83.n.47.* Diſs. Bortholom. Romul. *tr. de Teſtat. præcept. circa alien. bonor. extr. fam. n.133.* Qvale a. debeat eſſe Furtum tempore neceſsitatis commiſſum ad hoc, ut immunitatem omnimodam præbeat ſuo autori, id præciſè definiri non poteſt: Sufficit ſi non ſit Tapfer/ Groß und Kündlich. 1. Nicht tapfer/ ſive excellens, inſigne & ſingulare ratione circumſtantiarum concurrentium p. effractionis, geſtationis armorum, da jemand bey Tage oder nacht in unſere Behauſung oder Beheltnüß bricht oder ſteiget/ oder mit Waffen zu ſtelen eingehet/ qvod furti genus vocatur ein gefährlicher Diebſtall/ *in rubr. art. 159.* Sic virũ fortem vel inſignem vocamus einen tapfern Mann. Qvamvis etiam vocabulum tapfer uſurpetur de valore von Werth/ cùm dicimus eine tapfere Geldbueß/ pro mulcta extraordinaria urgente & magna. 2. Nicht groß/ ratione valoris, nempe qvinqve ſolidorum aut ſupra *artic. 160. ibi.* Groß und fünff Gülden oder drüber werth. Qvod n. infra qvinq; ſolidos eſt, vocatur ein geringer Diebſtal/ *art. 157. & in rub.* der allerſchlechſte Diebſtal. 3. Nicht kündlich aut manifeſtũ, kein öffentlicher Diebſtal/ damit der Dieb beſchrien wird/ *rubr. art. 158. §. furtorũ. 3. J. de obl. qvæ ex delicto* ad differentiã furti nec manifeſti, deprehenſus n. fur in ipſo negotio, utiq; reddere debet, qvod auferre putabat, ſuamq; neceſsitatem liberalitati domini committere. Extra limites autem iſtas enumeratas conſtitutum furtum ſubjicietur arbitrio Judicis & fur ejusmodi vix pœnam extraordinariam aliqvam effugere poterit *d. art. 166. ibi* Sollen die Richter und Vrtheiler Raths pflegen Tiraq. *de pœn. temp. Cauſ. 33.* Imò ſi furtum ejusmodi ſit inſigne, vix pœnam effugere ordinariam poſſe, rectè autumat Berlich. *all. loco. n.44.* In omnimodo hocce furtum adæqvatum eſſe debet neceſsitati, nec eam ſuâ magnitudine excedere, nec doloſum animũ perpetrantis ſuo exceſſu arguere. Cagnol. *ad l.123. de R I. n.4. & 5.*

Non ſolùm autem à pœna ordinaria & extraordinaria ſecurus eſt Fur noſter non excedens terminos neceſſitatis, ſed nec perveniens poſt ad pingviorem fortunam, ut rem ſubtractam domino priori reſtituat, jure teneri poteſt. *arg. l. diverſarum 20. ibi: qvibus ſi qvicqvam in uſum veſtium vel alimoniæ impenſum eſt, humanitati ſit præſtitum, nec maneat victualis ſumptus repetitio. C. de poſtlim. reverſ.*

Con-

Conſumpta 1. namq; eſt, & non ſolùm conſumpta ſimpliciter, ſed 2. bonâ fide 3. tanqvam res communis & 4. legibus conniventibus. Facit huc *cap. 3. X. de Furtis* ubi in arbitrio furis eſt aut reſtituere aut pœnitentiam agere. Nec obſtat, qvòd Dominus videatur tantùm mutuò dediſſe non verò donaſſe, Cùm jura procliviora ſint ad diſſolvendum qvâm obligandum *l. Arrianus 47. de O. & A.* Ita Angel. de Clavaſ. *vb. Furtum* §. 37. Harppr. *ad §. 1. J. de obl. qvæ & delicto. n. 22.* Qvam ſententiam ſatis piam & à plæriſq; viris doctiſſimis probatã dicit Covarruv. *in relect. cap. peccatum de R. J. in 6. p. 2. §. 1. n. 4. in fin.* qvamvis contrariæ ſententiæ inhæreat ipſe. Ex parte reſtitutionis qvoqve ſtat Conrad. Lancilott *tr. de off præt. in cauſ. Crimin. rubr. de Furibus. n. 10. pag. m. 627.* Ariſm. Tepat. *in compend. deciſ. tit. 323. cap. 8. cir. fin.* Hipp. Bonacoſſa. *comm. op. crim. par. 1. lit. N. v. neceſſitate.* Berlich. *all. loc. n. 47.* Hugo Grot. *de I. B. lib. 2. cap. 2. §. 9.*

Prætendere tamen non poteſt Neceſſitatem aliqvis contra æqvè conſtitutum in eâdem neceſſitate, cùm ſtultum ſit detegere unum altare, ut aliud contegatur *arg. cap. 36. X. de præb.* Enenckel *de privil. lib. 1. cap. 12. n. 17.* Prout nec privilegiatus utitur jure ſuo contra ſimiliter privilegiatum *arg. l. verum 11. §. pen. vbi.* Gothof. *ff. de Minor.* Nec debitor creditori æqvè egeno beneficium competentiæ rectè opponit Matth. Coler. *de proceſſ. execut. par. 2. cap. 3. n. 125. & ſeqq.* nec ſubditus ipſe egens alimenta præſtat ſuo Domino Caſpar Manzius *in patroc. debitorum dec. 3. q. 6. n. 37. & 38.* Nec qvis vendere cogi poteſt ea, qvorum ipſe eget pro ſuo uſu Camill. Gallin. *de V. S. lib. 10. c. 32. n. 12. arg. l. venditor. 13. §. ſi conſtat 1. ff. Commun. prædior.* Unde excuſari non poteſt qvis prætextu neceſſitatis, qvi alio in eâdem conſtituto neceſſitate, rem ſuam auferre conatur Matth. Berlich. *n. 46.* Hugo Grot. *d. l. §. 8.* etſi abſtulerit, eandem reddere compellendus erit Angel. de Clavaſ. *vb. reſtitutio 3. §. 3.* Qvamvis non videam qvid de eo fieri debeat, qvi jam alterius rem conſumſit *arg. d. l. verũ 11. §. pen. ibi: melior eſt cauſa ejus, qvi accepit & vel dilapidavit vel perdidit ff. de Minor.* etiamſi ex ablatione tali alterius mors inſecuta eſſet, ſi & ipſe auferens mortis periculum aliter effugere non valuit, ordinata enim charitas incipit à ſe ipſa *l. præſes. 6. & ibi* Gothof. *C. de ſervit. & aqva.* & regulam diligendi proximum à ſemetipſo dilector accepit *c. ſi non licet 9. verſ. neq; XXIII. q. 5.* Borcholt *de Feud. cap. 7. n. 41.* ſecundùm

qvam

qvam ſe plus amat in ungve pedis qvàm alterum in vertice capitis. ex Bl. Chriſtian. Kremberg *de Neceſſ. Defenſ. q. 3. n. 7.*

Qvę autem jam diximus de Furto, ea etiam in materia rapinæ ſeu Robbariæ (uti Dd. vocant) locum habere identitas rationis efficit Covarr. *all. loc. n. 3.* Camill. Gallin. *de VS. lib. 10. cap. 32. num.* 24. Dn. Carpz. *in Crim. dl. n.* 48. Qvo accedit qvod Ordin. Crim. Car. V. *art.* 126. Von Straf der Reuber loqvatur de Raptoribus malitioſis, *ibi* ein jeder boßhafftiger Reuber. & ita ad neceſsitatem extremam extendi non poſſit. Qvod absqve dubio vel maximè militabit in perſona militum Petr. à Duenas *hac noſtra regul. ampl. 3.* Petr. Peck. *de RI. in 6. reg. 78. n.* 1. qvippe qvi etiam extra caſum neceſſitatis nimium freqventer prædæ & depopulationibus incumbunt, Unde non immeritò à malo milites tales dici poſſunt *l. 1. §. 1. de Teſtam. milit.* Felinus *ad cap. qvendam 10. n. 11. X. de Jurejurand.* Hier. Schurpff. *Cent. 3. Conſ. 55. n. 7.* Conrad. Lancill. *all. loco.* Qvi tamen hoc reſtringunt ſolummodò ad milites juſtam cauſam foventes, qvalem defenſionem patriæ eſſe putant, fortè ad hoc ut reliqvi, qvia ſe ipſos temere expoſuerunt periculo neceſsitatis, pœnæ extraordinariæ ſubjaceant. Nam ordinariâ pœna eos non teneri, facit ratio: qvòd cauſa beſtialis excuſet à pœnâ ordinaria *arg. l igitur* 12. §. *& generaliter 3. de liber. cauſ.* Dn. Carpz. *in Pract. Crimin. par. 2. q. 83. n.* 44. Dictum tamen de Fame ad ſitim extendi non poteſt, cùm ſitis etiam ſolâ aqvâ, cujus uſus cuiq; communis eſt jure naturali §. 1. *J. de R. D.* ſedari poſſit Joh. Harppr. *ad §. 1. J. de Obl. qvæ ex delict. naſc. n. 21.*

θ. 17.

Ex hac regula noſtra jam *Ampliative* fluit: Neceſſitatem non ſervare Formam (*a*) nec ordinem (*b*) nulli tempori parcere (*c*) nec perſonæ (*d*) continere clauſ. omni meliori modo (*e*) non contineri ſub generali prohibitione (*f*) ſpecialem principis mereri gratiæ indulgentiam. (*g*)

(*a*) Formam eſſe diſpoſitionis perfectionem, dare ipſum eſſe rei & ſervari debere ad ungvem à qvocunqve, etiam ruſtico, muliere & minore, nec per æqvipollens impleri poſſe, paſſim vulgo jactatur.

arg.

arg.l.cum hi 8.§.ſi prætor.17.ff.de Tranſact.l.mulieris 13.§.1. de V S. l. Julianus 9.§.3.ibi: nam mutatâ formâ, propè interemit ſubſtantiam rei ff. ad exhibend.l.conſtitutionibus 24. ibi: cui conſeqvens eſt, ut ne in futurum à formâ diſcedatur ff. ad munic. Paulus Leonius *de pupill. ſubſtit. n.143.* Paul.Zacch.*lib.1.qq.M.L.tit.2.q.1.n.17.& ſeqq.* Domin.Arumæus *lib. 1.deciſ.8.n.36.* Seb.Hommold.*in repert.ſent.lit.F.reg.3090.& ſeqq.* Neceſſitas noſtra communi formæ præjudicat *argum.cap.licet 47.ibi ex qvadam neceſſitate præter communem formam X.de Teſtib.* Dom. Cardin.Tuſchus *lit.N.concl.19.n.28.in fin.* Joh.Baptiſt.Aſinius *in ſua Practica judiciorum §.3.cap.37.per tot.* Jacob de Graff. *tr.de Arbitr. Conf. lib.2.cap.44.n.1.* + Matth.Berlich.*par.3.concl.5.n.1.vſ.ſexta.* Probatur hoc etiam *cap.ſi pro debilitate 3.X. de off.jud. deleg.* ubi neceſſitate impeditus judex delegatus cauſam ſibi commiſſam non ſolùm ſuo conjudici ſed etiam alteri extraneo ſubdelegare poteſt, non obſtante, qvôd certa perſona videatur eſſe ab initio electa Andr. Vallenſ.*in parat.Jur.Can.lib.1.t.29.§.1.n.3.* Sic licet ad formam externam matrimonii jux. Concil. Trident. & ordinationem Eccleſ. Ser.Elect.Sax. Trina reqviratur proclamatio ſponſi & ſponſæ in eccleſia ante copulationem Sacerdotalem: ſecus tamen eſt in caſu neceſſitatis Melchior Kling.*de cauſ.matrim.cap.9.n.14.& ſeqq.* Jacob.de Graff.*d.l.n.4.* Andr.Vallenſ.*in paratit.X.de Clandeſt.deſponſat. n.3.* Sic qvoqve neceſſitas facit, ut legatum certæ perſonæ vel loco relictum, in aliam perſonam vel locum transferri poſſit, *l.pater. 38.§.fidei commiſſit. 6.ff.de leg.3.* non obſtante, qvod teſtator eam perſonam vel locum elegerit, ejusqve voluntas, qvæ pro formâ internâ teſtamenti ſervatur, morte finita & confirmata ſit. Joh.Sichard.*ad l. ſi teſtamentum.10.C.de Teſtam.n.4.* Sic etiam qvamvis pro forma obligationis ſit, ut vinculo juris conſtringat ad faciendum id, qvod promiſſum eſt *pr.J.de oblig.* Neceſſitas nihilominus efficit, ut liceat aliud facere, qvàm qvod in obligationem deductum eſt *arg. l.obligamur.52.§.neceſſitate.7.ff.de O.& A.* Joh.Harppr. *ad pr.J de empt. vend. n.34.* Eodem modo neceſſitas facit, ut actus extraneus poſſit immiſceri teſtamento *l.cùm antiqvitas.28 pr.C.de Teſtam.* & qvôd ſolennitates juris circa illud qvandoqve remittantur *arg.l.caſus.8.C. eod.* Matth.Coler.*de proceſſ.execut.p.2.c.1.n.92.* Petr.Corn.Brederod. *in repert.ſent.lit.N.verſ.neceſſitas.*

+Bened. Graevens. ad Geil. l. i. Concl. 2 Conſid. i. n. 3.

Pro-

Propter neceſsitatem infirmitatis regula aſperior Monacho licentiâ abbatis remittenda eſt, *c. monachum. 3. XX. qvæſt. 4.* Et ille, qvi ex pœnitentia debet certâ die in pane & aqva jejunare, poteſt in caſu neceſsitatis deficiente pane leguminibus aut piſcibus aut aliis cibariis uti *c. jejunia. 17. de Conſecr. diſt. 5. cap. licet. 6. & ibi.* Joh. Bapt. Vivianus *in rational. X. de pœn. & remiſſion.* Petr. Gerard. de Petra S. *ſing. 100. n. 22.* Camill. Gall. *de V. S. lib. 10. cap. 32. n. 26.* Sacerdote in adminiſtratione Sanctiſsimi Sacramenti qvâdam neceſsitate præoccupato ejus officium per alium expediendum eſt. *c. illud. 5. & c. nihil. 16. VII. q. 1.*

(*b*) Eo ipſo, qvo dicitur neceſsitatis tempore prius ſubveniendum proximo, qvàm alieno, & inter alienos potius juſto, qvàm peccatori. *c. non ſatis. 14. diſt. 86.* Alb. de Roſate *in diction. lit. N. §. neceſſitatis tempore* Petr. à Duen. *Reg. 488. verſ. decimo amplia* & qvòd neceſsitas propria potior ſit, qvàm aliena, exemplo illius, qvi juravit eccleſiam defendere, qvi reqviſitus iminente neceſsitate propter obſiſtentem propriam difficultatem à perjurio excuſatur *cap. brevi ſciſcitatus. 17. in f. X. de jurejur.* evinci videtur neceſsitatem ſervare ordinem; ſed verum qvidem eſt neceſsitatem unam alterâ eſſe majorem, majorem autem potiorem minori, undè & nos neceſsitatis causâ ſervamus ordinem & ſuccurrimus juſto potius, qvàm peccatori, nobis & proximo prius, qvàm alio. *Latè* Joh. Petr. Surdus. *tr. de Alim. t. 1. q. 93. & ſeqq.* ipſa autem neceſsitas non ſervat ordinem. *arg. l. nam etſi 15. pr. ibi: turbato tamen ordine. ff. de inoff. teſtam. l. ſciendum 4. §. ordine 5. ubi* Gothof. *in not. ff. de Legat. l. ut gradatim. 11. §. qvoties us penuria. 2. & l. honor. 14. in f. ff. de Muner. & honor.* Petr. Corn. Brederod. *in repert. ſent. verſ. neceſſitas.* Exemplũ habemus in teſtibus receptis ante litis conteſtationem; qvamvis enim, priusqvam audita fuerit reſponſio adverſarii, utrum neget, an confiteatur intentionem actoris, nullus aditus pateat judici ad cognitionem principalis cauſæ, & ob id non poſſit fieri locus producendis teſtibus ad probandum ante litem conteſtatam *rub. & t. t. X. ut lite non conteſtata, non procedatur ad teſtium receptionem.* Hunc ordinem tamen non ſervat neceſsitas, ſed recipi teſtes permittit *cap. qvoniam freqventer. 5. rubr.* Joach. Mynſ. *in explicat. X. d. t.* Imò non ſolùm recipi permittit à judice competente, uti eſt judex cauſæ, ſed à qvocunqve alio Petr. Ger.

de Petraſ. *ſing.69.* And.Gail. *lib.1.obſ.102.* dummodò talis ſit neceſsitas, qvæ teſtium copiam penitus aufert, aut eos inhabiles reddit Alex. Stiaticus *in practic.judic.cap.16.n.97.* dummodò etiam actor non habeat experiendi poteſtatem, aliàs enim lis conteſtari, & via ordinaria procedi debet Camill.Gall. *de V.S.lib.10.cap.32.n.38. & ſeqq.* Exemplum qvoqve aliud eſt in appellatione caſu neceſsitatis interponenda, ubi omiſſo intermedio judice ſupremus appellari poteſt, non obſtante, qvod appellationes regulariter gradatim fieri debeant. *cap.ſi is cui cauſa.10.de off.& pot.jud.deleg.in 6.* Felinus *ad cap. qverelam.10.n.11.X.de jurejur.* Huc pertinet, qvod Illephonſ.Perez.de Lara ſcribit, qvòd in beneficiis conferendis, qvando taliter exigit ratio publicæ neceſsitatis eccleſiæ, utilior digniori anteponatur *in tr. ſuo de Anniverſariis & Capellaniis lib.2.cap.3.n.17. & 18.*

(*c*) Honorabilis qvidem & valdè venerandus dies dominicus eſt *l.fin.§.1.C.de Feriis* ſeptimus nempe cujusqve hebdomatis, qvippe qvem tàm veteris qvàm novi Teſtamenti pagina ad humanam qvietem ſpecialiter deputavit *cap.licet.3.X.eod.* in qvo regulariter omnes judices urbanæqve plebes & cunctarum artium officia conqvieſcunt *l.omnes judices.3.C.eod.* nihilominus tamen exigente ita neceſſitate etiam hoc die Ruricolæ agrorum culturæ liberè licenterqve inſervire poſſunt, ne occaſione momenti pereat commoditas cœleſti proviſione conceſſa *d.l. omnes judices.* Petr.Gerard. *ſing.100.num.2.* Sig.Scaccia *de judic.lib.2. cap.5. n.36. n.117. & 118.* Petr. Peck. *de R. I. regul.78.n.1.* Petr.Gregor.Tholoſ. *ſyntag. lib.2.c.16.n.23. d. cap. licet.3. ibi: indulgemus ut liceat parœcianis veſtris diebus dominicis & aliis feris, ſi alecia terræ ſe inclinaverint, eorum captioni ingruente neceſſitate intendere. X.de Feriis.* Facit huc qvod qvamvis aliàs omni tempore à præliis abſtinendum ſit, urgente tamen inevitabili neceſsitate, etiam qvadrageſimali tempore bellum iniri poſsit. *c. ſi nulla urget neceſſitas XXIII.q.8.* Facit ſimiliter, qvòd qvamvis regulariter Citatio ad feſtum diem facta non valeat, *l.1.pr.ff. & l. 2. C. de Feriis.* valere tamen poſsit urgente neceſsitate (qvæ Ferias non habet Johan.Bapt.Nicol. *lib.12.Reg.Jur.Civ.& Pontif.pag.m.96.*) qvando res tempore peritura eſſet *arg.cap.1.X.& l.1.§.ſed excipiuntur.2.ff.eod.* And.Vallenſ. *X. de Foro compet.§.3.n.10.* Facit qvoqve, qvòd die Dominico, aliisqve Feſtis diebus, Doctor poſſit conſilium componere, i.e. de caſu propoſito

com-

communicare cum forenſi tunc temporis in diverſorio conſtituto, propter caſum videlicet neceſsitatis, ne peregrè euntem vel diutius juſtô detineat, vel omninò inconſultum dimittat. Jaſon. *ad l. Divus Trajanus. n. 3. ff. de Feriis.* Camill. Gall. *l. 10. de V. S. cap. 32. n. 46.* Petr. Gerar. de Petra ſ. *d. ſing. 100. n. 8.* qvi tamen pecuniam indè redactam pauperibus diſtribuere mandat, & inſuper magnam præſupponit neceſſitatem. Sed dubium eſt: an hoc extendendum qvoq; ad ſtudioſos, vel, ut ultramontani nos nominant, Scholares, ut & hi tempore dierum Feſtorum ſtudiis incumbere poſſint? ego dubito, qvamvis affirmativam teneat idem Jaſon. *n. 2.* fundans ſe tum in infirmitate memoriæ hominum *l. peregrè. 44. pr. ff. de Acq. poſſeß. l. tanta. 2. §. ſi qvid autem. 13. C. de V. I. E.* tum in proverbio: qvod Scholares, qvi obſervant feſta, male ſciant Codicem & pejus digeſta. De hac re tamen latè vid. pot. Petr. Rebuff. *tr. de Privil. Studioſ. priv. 1.*

(d) Defenſionis neceſsitas in diſcrimine mortis conſtitutum excuſat qvemcunqve occidentem alterum. *l. ut vim. 3. ff. de J. & J. l. ſed et ſi qvemcunq; alium ferro ſe petentem qvis occiderit. 3. & l. ſcientiam. 45. §. qvi cum aliter. 4. ff. ad L. Aqvil. l. 1. §. vim vi repellere. 27. ff. de vi & vi armata. cap. ſignificaſti. 18. in f. X. de Homicid. l. 1. ibi: mortem, qvam minabatur, excipiat & id qvod intendebat incurrat: Melius enim eſt occurrere in tempore. C. qvand. lic. unicuiq; ſine jud. ſe vind. l. 2. Is qvi aggreſſorem vel qvemcunq; alium in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus occiderit. C. ad L. Cor. de Sic. Clem. un. ibi: qvi mortem aliter vitare non valens. de Homicid.* Adeò ut Chriſtianus Kremberg. *de neceß. defenſ. q. 3. per tot.* intrepidè ſtatuat excuſari poſſe Filium occidentem patrem, ipſi latronis inſtar contra pietatem paternam. *l. Divus Hadrianus. 5. ibi: Latronis magis, qvàm patris, & ibi: nam patria poteſtas in pietate debet, nō in atrocitate conſiſtere. ff. de L. Pompeja de parric.* absqve juſta cauſa mortem reapſe minitantem, ſi aliter mortem evadere non poſſit. *arg. l. minimè. 35. ff. de Relig. & ſumpt. fun.* Cui conſentit Joh. Harpp. *ad §. Item L. Cornelia de Sicar. 5. J. de Publ. jud. n. 222. & ſeqq.* qvi hoc adverſus qvamcunqve perſonam qvacunqve præeminentia & dignitate præfulgentem extendere nititur *d. l. n. 230. in med. arg. d. l. ſed ſi qvemcunq; 5. in pr. & l. qvemadmodum. 29. §. magiſtratus. 7. ff. ad L. aqvil. l. nec magiſtratibus. 32. ff. de Injur. d. l. 2. ibi: vel qvemcunq; alium. C. ad l. Corn. de Sic.* etiamſi eſſet Summus Princeps & Pontifex Maximus. Cui tamen

dubium facit ipſa allegata lex *32. ibi: expectandum eſſe qvoad magiſtratu abeat ff. de Injuriis.* Si enim injuria à ſummo magiſtratu illata, ante depoſitum officium vindicanda non eſt, ſummus Princeps verò & Pontifex max. vivus talis eſſe non deſinat, ſanè non video, qvo pacto hæc concluſio procedere poſſit. Maximè cùm nec is injuriam facere cenſeatur, qvi omnis juris autor eſſe creditur *arg. l. meminerint. 6. in pr. ibi: ne inde injuriarum naſcatur occaſio, unde jura naſcuntur. C. unde vi. junct. l. ſi qvando. 35. pr. ibi Romanum principem qvi jura tuetur. C. de inoff. teſt. cap. eccleſia. 57. X. de Elect. & electi pot.* nec aliqvis exiſtat qvi de iniqvitate ejus cognoſcere, & poſſit & velit Bernh. Schotan. *in examin. Jur. pag. m. 32. in pr. cap. qvando perſonam pen. ibi: pontifex qvi non puri hominis, ſed veri DEI vicem gerit in terris, & ibi gloſſ. verb. veri Dei vicem. ibi: in his qvæ vult ei eſt pro ratione voluntas, nec eſt qvi ei dicat cur ita facis: ipſe enim poteſt ſupra jus diſpenſare, & de injuſtitia facere juſtitiam, & plenitudinem obtinet poteſtatis X. de Translat. epiſc.* Videri poteſt circa hoc dubium Ludov. Molina *de J. & J. tr. 3. Diſp. 14. n. 1. §. ſecunda concluſio,* ubi ſcribit, qvòd qvando aggreſſor eſſet talis, cujus vita maximoperè conduceret Reip. aggreſſus verò eſſet perſona communis ſeu privata, tunc teneri aggreſſum ſub reatu culpæ lethalis potius commune bonum propriæ vitæ præferre & mortem pati, qvàm ſe defendendo adverſarium talem interficere & inſimul reipublicæ irreparabile damnum procreare. An & qvatenus autem adulter à marito adulteræ in facto deprehenſus & aggreſſus, mortem declinare poſſit, iſtumq; occidere? Similiter qvid juris ſit in Fure, & in eo qvi injuſtus ab initio fuit aggreſſor poſt deſiſtere volens: Nec non qvid ſentiendũ ſit in caſu, qvo alicui innocenti à miniſtris publicis mortis imminet periculum: Item qvo pacto miles injuſtam cauſam fovens pugnare poſſit contra militem foventem juſtam cauſam: Et qvid ſtatuendum ſit de Republicâ in ſimili caſu, tractat Idem Molina *d. tr. 3. diſp. 15.* De Vaſallo interficiente ſuum ſeniorem exſtat concluſio Dn. Carpzovii *diſp. Feudal. 9. th. 5.*

(*e*) Clauſula omni meliori modo, vel ſi actus non poſſit valere eo modo, qvo fuit geſtus, valeat eo modo qvo jure fieri potuit, vulgaris eſt, cui multum in praxi tribuitur & qvæ tanqvam remedium univerſale omnibus defectibus medendis applicatur, de cujus vi & effectu videri poteſt Aug. Barboſa *cl. 95. & qvi ab eo allegatur Dd. chorus.*

rus. Hæc clauſula ſemper continetur in materia neceſſitatis, & qvaſi oneri, qvod illa infert, ſuccurrit, actumqve jam corruentem reparat & excuſat. Unde diſputātibus Theologis ſcholaſticis: an baptizatus in uno membro (uti loqvuntur) totus cenſeatur baptizatus? qvamvis D. Thomas concludat, qvod non: motus potiſſimum qvod baptizare ſit immergere: & qvod totus homo editus non dicatur, priusqvam totus in terram proveniat, & qvod illi qvi in maternis uteris ſunt, cum matre baptizari non poſſunt *c. qvi in maternis 115. de Conſ. diſt. 4.* nihilominus tamen Canoniſtæ com. ſtatuunt: Tempore neceſſitatis puerperii ſcilicet periculoſi totum hominem baptizatum eſſe cujus membrum puta pes, manus & præcipuè caput primum ex utero proveniens baptizatum eſt, ad hoc ut, poſtmodùm ejusmodi infans integer natus, qvia Sacramenta iterari fas non eſt *tot. tit. X. de Sacram. non iterand. c. à qvodam Judæo 24. diſt. 4. de Conſecr. t. t. C. ne ſanctum baptiſma iter.* denuò baptizari non poſſit niſi ſub formula præſcripta in *cap. 2. X. de baptiſmo:* Si baptizatus es non te baptizo, ſed ſi nondum es baptizatus, ego te baptizo in nomine &c. Joh. Sichard. *ad l. qvod certatum 3. C. de Poſtumis hered. inſtit. n. 2. ubi dicit, qvod in hunc modum etiam procedendum ſit cum bicipite ſeu infante duobus capitibus nato, nempe cùm videantur eſſe duo homines, nec conveniat dicere: ego vos baptizo: ſimpliciter debeat baptizari unus, videlicet perfectior & alter ſub conditione.*

(*f*) Qvia prohibitiones ſaltem voluntatem liberam reſpiciunt, eamqve cohibent non coactam necesſitate, accedente namqve neceſſitate duæ ſunt prohibitiones Legalis una, altera Fatalis, Fatalis autem legali prævalet, majus enim excludit id, qvod eſt minus. Matth. Weſenb. *Conſ. 194. n. 12. & Conſ. 301. n. 216.* Chriſtian. Kremberg. *de neceſſ. defenſ. q. 1. n. 68.* Jacob. de Graff. *l. 2. A C. cap. 44. n. 2. ibi Tempore necesſitatis prohibita ſunt licita & qvæ ſunt punibilia, remanent impunita & qvæ eſſent nulla, fiunt valida.* Exempla jam ante habuimus plurima hoc loco (qvæ ſupereſt) alienationis materia exemplo nobis ſit. Regula eſt: in qvacunq; alienationis prohibitione generali cenſetur ſemper exempta cauſa necesſitatis. *l. alienationes 13. ff. Famil. herciſc. l. 1. pr. ff. de Fund. dotal. l. pater filium 38. pr. de leg. 3.* Claud. Seyſſel. *in ſpecul. Feud. tit. qvi feuda dare poſſ.* Hartman. Piſtor. *lib. 1. q. 50. n. 53.* Johan. Parlador. *lib. 1. R. Q. cap 3. n. 20.* Camill. Gallin. *de V. S. lib. 10. cap. 32. n. 50.* Alph. de Azavedo *ad Conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. leg. 7. n. 2.* Borgn.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0055-4

Cavalcan. *Deciſ.Fiviz.5.n.2.part.1.* Georg.Franzk.*tr.de Laudem.cap.16.num.12.* Hujus regulæ conſectarium verò: qvòd qvamvis ſecundum veteres & novas leges ea, qvæ juris divini ſunt, humanis nexibus minimè illigari poſſint *l.ſancimus 21. C. de SS.eccl.* neceſſitatis tamen caſu non ſolùm res mobiles eccleſiæ *dl.ſancimus 21.c.aurum 70. XII.q.2.cap.1. X.de pignor.* ſed etiam immobiles alienari poſſe. *c.ſicut eccleſia 49.& c.50.51.& 53.XII.q.2.clem.1.de Reb. eccl. non alien. cap.1. ubi CC.eod.tit.in 6.arg.nov.120.cap.10.in fin. ibi ut non immobiles res alienentur.* Weſenb.*Conſ.53.n.42.& Conſ.59.n.1.& 2.* Petr.Gilken. *ad auth. hoc jus porrectum C.de SS.Eccleſ.n.14.* etiam in conſulto Papa. Petrus Gerard.*de Petra ſ.ſing.100.n.27.28.& 29.*Adr.Gylm.*tom.4.Symph.par.1.vot.3.n.57.ſeqq.* Sic ſtante conſvetudine προτιμήσεως, qvæ id jus conſangvineis ſociis ac vicinis tribuit, ut præferantur extraneis intra XXX.dies â denunciatione illis facta ab eo qvi vult vendere, juſtâ qvapiam neceſſitate laceſſitus, poterit liberè vendere cuilibet, non expectato eo tempore, niſi illi confeſtim emant. Verba ſunt Andr.Tiraqvelli *de Retr.lign.§.26.ne peult eſtre transporté gl.1.n.19.& 31.* Imò qvod magis eſt: Pater cujus affectum nullus vincere cenſetur *l.cùm furioſus 7.pr.C.de Cur.furioſ.* filium ſuum proprium, qvi qvodammodò pars corporis ejus eſt *l.cùm ſcimus 22.in f.C.de agr.& cenſ.lib.11.* non obſtante, qvod liber homo citra plagii crimen vendi emiqve non poſſit *l.ſi filium tuum 37. ibi utriſq; ſociis criminis accuſator deeſt C.de liberali cauſ.* Seb.Hornm.*in repert. lit. Li. reg.282.p.658.* neceſſitate coactus vendere & diſtrahere poteſt *l.2.C.de Patrib. qvi fil.ſuos diſtrax.* Petr.Gregor.Tholoſ.*Synt.lib.14.c.3.n.11.& ſeqq.* Philip. Matthæi *ad pr.l.qvod contra rationem 141.ff.de RI.n.11.* Tiraqvell.*dl.n.16.ubi diligenter explicat, qvid ſignificet verbum ſangvinolentus & qvomodo legendum, & poſt illum* Joh.Borcholt *de Feud.cap.8.n.67.* An & qvomodo verò tempore neceſſitatis diſtrahere poſſit Princeps ſubditos & Dominus vaſallos ſuos tradit Carol.Tapia *ad l.fin.ff.de Conſt.princip.par.2.c.9.n.45.* Johan.Cephal.*lib.4.Conſ.451.incip.multæ excitantur dubitationes n.284.* Petr.Heig.*par.1.q.19.* Matth.Berlich.*par.1.deciſ.67.n.13.* Herman.Lather.*de Cenſ.lib.1.q.17.* Qvòd Dos alienari poſſit & Fideicommiſſum, ſtatuit poſt alios Seb. Medic. *in tr.de Caſib.fortuit.par.1.cap.6.n.12.& n.13.* Barthol.Romuleus *tr.de Teſtatorum præcept.bona extra fam.al.inhib.n.139.& ſeqq.* Nicol.Thoming.

deciſ.

nimis durum est videre aliquem egenum quem quis sibi habuit amicum. 2 Feud. 58.

deciſ.31.n.29. Johan.Dil.Durant.*de Arte Teſtandi tit.8.caut.6.num.7.* Sed qvid de Feudi alienatione? expeditum eſt in jure Feudali, qvòd vaſallus non poſſit feudum inſcio & invito Domino ſuo vel Totū vel pro parte alienare *2.F.52.& 55.* Ne Dominus debita ſervitia amittat & honor imperii & imperatoris felicis expeditionis complementum minuatur *d.t.55. ſeu, de prohib. Feudi al. per Frid.* Sed annon poterit urgente Neceſſitate? non poſſe patet *arg.tex.2.F.9. ibi: neceſſitate namq; ſvadente poterat olim vaſallus Domino inſcio vel invito Feudi partem vendere.* Udalric. Zaſius *tr.Feud.par.9.n.13.* Ludolph.Schrad. *tr.Feud.par.8.cap.1.n.20.& 21.* Matth.Weſenb.*Conſ.66.n.2.* Dn.Carpz. *diſp.feud.7.θ.20.* Ne qvidem ob cauſam ipſius Domini, prout eleganter ampliat communem regulam Jacob. Menoch. *Arb. Caſ.182.n.13.* Ne tamen alicui duriuſcula nimis videri poſſit hæc ſententia, nimiumq; derogans invictiſſimæ poteſtati Neceſſitatis, in terminis ſuis retinere eam convenit, nempe in terminis certiorationis non conſenſus: Si enim probata fuerit neceſſitas Domino, ipſeqve aut ſublevare vaſallum ſuperſedeat, aut conſenſum ſuum protrahat, major erit neceſſitatis vis autoritate Domini, procedetq; alienatio, ipſo etiam reclamante. Joh. Jac. de Leonard. *inter Conſ. Feud. Conſ. 117. n. 198.* Menoch. *d.l.n.11.* Camill.Gallin. *de V.S.lib.10.cap.32.n.68. & ſeqq.* Conrad.Rittershuſ.*tr.Feud.lib.2.cap.3.q.6.* Qvod & haud difficulter obtinebit in caſu, ubi integrum non eſt, puta ob abſentiam, Domino alienationem notam facere, cùm imputari non debeat ei, per qvem non ſtat, ſi non faciat, qvod per ipſum fuerat faciendum *c.imputari 41. de RI. in 6.* Dummodò vaſallus alienans Feudum, eligat emptorem ejusdem conditionis aut melioris, & qvi poſtmodùm paratus ſit ad omne onus omneq; ſervitium, qvod anteceſſor ſuus præſtitit Joh. Borcholt. *de Feud. cap.8.n.70.*

θ. 18.

Non *Obstat* jam regulæ noſtræ tex. L. pen. ff. de LL. (*a*) C. remiſſionem 39. ca. 1. q. 1. (*b*) §. ſed jus qvidem civile 2. vſ. jus autem Gentium J. de I. N. G. C. (*c*) L.22. in pr. C. de Admin. Tutor. (*d*)

(*a*) In *l.pen.ff.de LL.* expreſsè dicitur: qvòd omne jus aut conſenſu factum ſit, aut neceſſitate conſtitutum, aut conſvetudine confirmatum:

tum:

tum: jam ſi ipſa neceſsitas jura conſtituit, impoſsibile erit eam legem non habere, & non vivere lege ſuâ. Sed ſciendum neceſsitatem regulariter ſibi legem non facere, aliis dare conſvetam eſſe, perinde ſicut Summus princeps aliis qvidem legem dat, ipſe legibus ſolutus eſt. *l. princeps 31. ff. eod.* Unde Val. Maxim. *lib. 7. cap. 6.* rectè ſcribit: abominandæ Neceſsitatis amariſsimæ leges & truculentiſſima imperia tùm urbem noſtram, tùm etiam exteras Gentes multa non intellectu tantùm, ſed etiam auditu gravia perpeti coëgerunt, qvem alleg. Herm. Latherus *de Cenſu lib. 1. cap. 16. n. 24.*

(*b*) Nec huic reſponſioni negotium ullum faceſſere poteſt *c. remiſsionem 39. c. 1. q. 1.* ubi ſatis ſpecioſè dicitur Neceſsitatem ipſam ſibi legem facere: Nam, ut taceam, hunc canonē non loqvi Logicè, ſed potius modo oratorio & figurato, perinde atq; etiam ipſa noſtra Regula, ut qvæ ex proverbio in canonem Juris evaſit, & illud vulgare: **aus der Noth eine Tugend machen.** (nemo enim ſibi fingere poteſt virtutem, qvi tamen onus neceſsitatis patienter recipit & qvod mutare non poteſt, æqvo animo ſuſtinet, eo ipſo id, qvod dedecori antea ſibi putabat eſſe, utputa: bellum fugere, peſte laborantes non inviſere, paupertatem deguſtare, æs alienum conflare, jam propter Neceſsitatem virtutem ſibi eſſe putat: Nihilominus tamen concedere poſſum, neceſsitatem ſibi legem facere, ſed facere ſui cauſa, ut habeat qvâ ſe excuſet. Lex itaq; neceſsitatis, qvam ſibi facit & pro ſe, non lex imperans eſt, ſed ſolummodò lex excuſans,, & ea potiſsimum qva gloriatur ſe non habere legem, privilegium potiùs dixeris, qvàm legem.

(*c*) Non obſtat, qvòd jus gentium ipſum originem ex neceſsitate ducat, videlicet, qvòd humanis neceſsitatibus exigentibus ita conſtitutum eſt, *§. ſed jus qvidem Civile. 2. J. de I. N. G. C.* undè penitus lege carere non poteſt neceſsitas, cùm jus Gentium, omni humano generi commune, ſibi habeat. Nam verba Humanis neceſſitatibus *objecti. §. 2.* non concepta ſunt principaliter de Neceſſitate Fatali, de qvâ hoc loco tractamus; qvod ſi tamen qvis ad eam etiam reſtricta velit, ipſe tex. ſtatim ſuppeditat reſponſionem dicendo: Gentes humanæ jura Sibi conſtituerunt, ex qvo majeſtas apparet neceſsitatis noſtræ, qvæ univerſo terrarum orbi leges præſcripſit, non enim dicitur, qvòd Gentes rogaverint leges neceſsitati, ſed qvòd exigentibus ita humanis neceſsitatibus ſibi leges fecerint.

(*d*)

(*d*) Non obſtat, qvòd lex ipſa dicatur neceſſitatem afferre hominibus eosqve adſtringere, & ob id conſectarium eſſe debere, neceſſitatem legis majorem eſſe efficacioremqve neceſſitate Fatali, qvippe cùm illa conſultò fiat, & cum deliberatâ ratione, hæc verò per accidens, & præter intentionem *l. Lex qvæ tutores curatoresq; neceßitate adſtrinxit. 22. in pr. C. de admin. tutor.* Nam licet concedamus ex legibus provenire qvandam neceſſitatem, nulla tamen comparatio eſt neceſſitatis Fatalis cum neceſſitate Legali, illa enim hac longè major eſt, adeò ut & ipſe Conſtantinus Imperator autor *d. l. 22.* non dubitaverit Neceſſitatem (ſcilicet Fatalem) in ordine Scripturæ legi præferre, & ita comprobare, qvòd imprimis animadvertendum ſit, qvid caſu evenire poſſit, qvàm qvid ratione diſponi debeat.

Dicat autem aliqvis: ergonè neceſſitas tantis vigiliis qvæſitas & ab ipſo ſapientiæ fonte profluentes leges abrogare poteſt? Sed reſpondet Cardin. Tuſchus, Neceſſitatem minimè abrogare leges, ſed ſaltem impedire, qvò minus qvis legibus ſubjiciatur *lit. N. concl. 19. n. 60.* Manent itaq; leges in ſuo vigore, ſuamq; penes ſe obtinent autoritatem, ſed ſilent usq; dum durat neceſſitas, qva ceſſante poſtmodùm poteſtatem ſuam recipiunt, & ut ita dicam, reaſſumunt & qvaſi expergiſcuntur. Baſil. Monner. *tr. de Matrimon. par. 1. cap. 6. n. 14.*

§. 19.

Confirmata jam regula noſtra atqve declarata, ſupereſt, ut etiam LIMITATIONIS (*a*) & exceptionis loco aliqvot exempla videamus, qvorum 1. Dd. ſtatuunt in Filiofamilias conſtituto in neceſſitate Famis (*b*) 2. In Muliere adultera (*c*) 3. In clerico non defendente ſuburbia (*d*) 4. In alienatione Feudi in præjudicium agnatorum (*e*) 5. In Fœdere Chriſtiani Principis cum Infideli (*f*) 6. In ſtudioſo conductore (*g*).

(*a*) Ita ſanè, ut ſatisfaciamus tractationi Regulæ noſtræ, qvippe cùm nulla regula ſit, qvæ non patiatur exceptionem, Qvir. Cubach.

brocard.cap.2.br.6. Diximus autem exempla nos viſuros loco Limitationum, non qvòd exempla ſoleant reſtringere regulas, ſolent enim eas declarare *l.1. §. qvod vulgò. 25. ff. de vi & vi armata.* Joh. Neviz. *in ſylva nupt. lib.1. o.2. n.88.* Sed qvia Dd. ita ſeqvimur eorumqve ſtylum, & vel maximè, qvia nullum exemplum eſt, qvod non nitatur ſuâ ratione, per qvam regula noſtra cohibetur.

(*b*) Patrem in neceſſitate conſtitutum poſſe Filium ſuum vendere ſuprà probatum fuit θ.17. *lit f.* Qværitur: an poſtqvam Pater & Filius ſint duo correlativa, qvorum regula eſt regula parium. Dn. Sigiſm. Finkelth. *obſ.30. n.3.* adeò ut diſpoſitum & ſtatutum in uno, cenſeatùr etiam diſpoſitum & ſtatutum in alio. *l. fin. C. de Indict. vid. toll. l.1. C. de Cupreſſ. lib.11.* Everh. *in top. loc.20. n.3.* Num etiam Filio liceat vendere Patrem? & reſpondent Dd. limitando regulam noſtram, qvod non, ceſſat namq; effectus correlativorum, qvando diverſa ſubeſt ratio *l curatorem.5. C. de interdicto matrim. arg. l. ult. C. de Reſc. vend.* Borcholt. *de Feud. cap.7. rub. de præſcript. n.10.* Hoc in caſu patria poteſtas eſt, cui jura tantum favoris concedunt, ſuffulta caſu necesſitatis, nam nec illa ſola hoc præſtat, nec iſte ſolus, aliàs enim hoc poſſent ſemper parentes, hoc poſſet qvilibet alius. Verùm hæc ſpecioſa ſunt, &, ut ingenuè fatear, nullius momenti, qvamvis memoriæ commendare jubeat Marcus de Mantua *ſingul. 77. incip. volo vobis dicere bonum verbum.* Probabilior eſt dubitatio: An Diſpoſitio *l.2. C. de patr. qvi fil. diſtr.* etiam in matre locum habeat, qvam movet Gloſs. *ad d. l.2. verb. vendiderit.*

(*c*) Cùm qværitur: an mulier excuſari poſſit, qvæ extremæ paupertatis neceſſitate coacta, in Fornicationem aut adulterium conſentit, videtur dicendum qvòd ſic, virtute nempe neceſſitatis, qvæ legem non habet. Sed Com. Dd. opinio eſt in contrarium, de qva teſtatur poſt Socin. Sen. *in c. ſi qvis propter de Furt. n.32.* Hipp. Bonacoſſa *com. opin. Crim. part. 2. lit. N. v. neceſſitas.* 1. *per l. palam 43. §.5. ibi: non eſt ignoſcendum ei, qvæ obtentu paupertatis turpiſſimam vitam egit. ff. de R.N.* 2. Qvia cum pudicitia ſit virtus animi, comitemq; habeat Fortitudinem, potius qvælibet mala tolerare, mortemqve ſubire mulier iſta, qvàm malo conſentire debet. *c. ita ne aliqvem. 3. XXXII. q.5.* 3. Qvia delicta committi ob necesſitatem non permittitur. Pet. Ger. de Petra ſ. *ſing.100. n.10.* And. Gail. *lib.1. obſ.102. n.13.* 4. Qvia honeſtis

neſtis mentibus magis pudicitia curæ eſſe debet, qvã vita, unde etiã præſtat honeſtè mori, qvàm turpi conſenſu vivere, & dubiam irati numinis vindictam timere. Joh. Bapt. Vivian. *ad cap. qvòd non eſt. 4. X. de R. J. in fin.* Seb. Med. *de C. F. par. 1. c. 6. n. 63.* Bath. Brixienſ. *in qv. Dominical. q. 82. n. 4.* Jacob. Menoch. *Conſ. 31. incip. gravis eſt hæc controverſia. n. 8. & n. 30. cum ſeqq.* Joh. Petr. Surd. *tr. de Alim. tit. 7. qv. 16. n. 45.* Communi tamen hâc opinione non obſtante Petr. Peck. *ad cap. 4. de R. J. in 6. n. 7. & ſeqq.* concludit, neceſſitatem Famis extremam ſatis eſſe, ut mulier iſthæc non puniatur, cujus ſententia probabilis evadit, ſi neceſſitatis qvalitates intra ſuos cancellos probè concluſas penitius conſideremus, & qvàm lenta, crudelis & omnium fermè terribiliſſima mors ſit, qvàm dira fames inferre ſolet; nec non, qvòd corpus mulieris non vis maculet, ſed voluntas, ſicut nemo impudicè utitur corpore, niſi ſpiritu prius conceptâ neqvitiâ *c. de pudicitia. 6. d. c. XXXII. q. 5.* & qvòd illa ſit glorioſa continentia, non qvã transgredi non poteſt Neceſſitas debilitati corporis, ſed qvam complectitur voluntas ſancti propoſiti. *c. ſicut enim. 10. d. c. & q.*

(*d*) Jux. *cap. Fraternitas. 2. X. de Immun. Eccleſ.* Clericos & alios privilegiatos in cuſtodiam Urbis produximus *§. 13. lit. c.* Videamus jam, an etiam teneri poſſint ad defenſionem ſuburbiorum: Et expeditum qvidem eſt in jure ſecundùm latam interpretationem appellatione civitatis venire ſuburbia, *cap. ſi civitas. 17. de ſent. excommun. in 6.* Unde etiam 1. Natus in ſuburbiis cenſetur natus in civitate *per l. qvi in continentibus. 147. de V. S.* 2. Legatis bonis exiſtêtibus in Civitate, præſumuntur etiam relicta, qvæ ſunt in ſuburbiis *l. uxorem. 41. §. legaverat. 6. ff. de leg. 3. l. nam qvod. 4. §. qvod ſi urbana penus 5. ff. de Penu leg.* 3. Delictum perpetratum in ſuburbiis qvoad pœnam infligendam cenſetur perpetratum in civitate *arg. l. 1. §. initiò. 4. ff. de off. præf. Urb.* 4. Interdictâ Urbe, interdicta qvoq; ſunt ſuburbia, *d. cap. ſi civitas. 17. de ſent. excomm. in 6.* 5. Conceſſa jurisdictione Civitatis extenditur etiam ad ſuburbia, *arg. l. pupillus. 239. §. territorium. 8. ff. de V. S.* Appellatione tn. ſtricta Civitatis non veniunt ſuburbia, ſed ſolummodò qvòd muris eſt cinctum, *l. urbis. 2. ff. eod.* ſive qvòd murorum ambitu terminatur, *d. cap. 17.* unde poſtqvam decretalis allegata loqvatur ſolummodò de cuſtodia civitatis & vigiliis murorum, & extraordinaria ſit, tendatq; contra privilegia & libertatem clericorum, puto eos & alios qvoscunq; horum nomine venien-

tes, eâ defenſione ſuburbiorum immunes eſſe debere, & civibus reliqvis ſuburbiorum ſuorum committendam eſſe cuſtodiam. Modò tamen his in ſuburbiis occupatis illi defenſioně, ſi opus ſit, ipſius urbis interim agant diligentiorem, & modò ſufficiant reliqvi ad ſuburbiorum defenſionem. Dictum autem de Suburbiis etiam de Portu Civitatis, qvi non minus appellatione ejusdem venire ſolet atqve ſuburbia, intelligi debet. Aug. Barboſa *tr. de appell. verbor. appell. 49. n. 8. ubi dicit qvod delictum commiſſum in portu, debeat puniri per eum, qvi habet jurisdictionem in illâ civitate, cui adhæret portus. Et qvòd contractus factus in portu cenſeatur factus in civitate & ſecundùm Civitatis illius conſvetudinem, cui portus adhæret.*

(*e*) Feudum in præjudicium agnatorum alienatum, poſt mortem alienantis, nullâ refuſione pretii factâ, à proximo ſuccedente revocari poſſe indubitati juris eſt. *2. F. 39. in pr. 1. F. 8.* §. *hoc qvoq;. 1. 2. F. 26.* §. *Titius*, in tantum, ut etiam com. Dd. ſtatuant, vaſallum qvamvis in neceſsitatis urgentiſsimæ terminis conſtitutum, in præjudicium agnatorum Feudum ſuum alienare non poſſe, ne qvidem Domino conſentiente. Horum rationes ſunt, qvòd neceſsitas, qvæ tenet vaſallum poſſeſſorem, minimè agnatos attingat, nec ipſis obſtaculo eſſe poſsit, ut feudum proprio jure minus repoſcere qveant; & qvòd neceſsitas hoc præſtare non valeat, ut qvis plus juris in alium transferat, qvàm ipſe habet, Vaſallus verò ex conceſsione Domini ad vitam duntaxat jus in feudo conſecutus eſſe videatur, ea lege, ut poſt mortem jure ejus ſoluto, Feudum ad agnatum revertatur. Hartm. Piſtor. *lib. 2. part. 1. q. 6. n. 49. & ſeqq.* Ludolph. Schrad. *tr. Feud. par. 8. c. 5. n. 11. & ſeqq.* And. Kohl. *ex. 2. n. 14.* Qvibus ego hoc in loco cogor conſentire, qvamvis mihi animus ſit potius aſſerere urgente neceſsitate, reqviſito ſed denegato conſenſu agnatorum, poſſe Vaſallum in diſcrimine vitæ conſtitutum, adire conſentientem Dominum, ejusqve autoritate, ſi res moram non patitur, Feudum alienare, aut iniqvorum agnatorum conſenſum extorqvere, utpote qvi cum jactura vitæ agnati ſui, lucro Feudali inhiantes, dolo & contra omnem naturalem æqvitatem agere non erubeſcunt. Vid. Petr. Ant. de Petra *de Pot. Princ. c. 32. q. 5. n. 75. pag. m. 601.*

(*f*) Qvæſtio Politica eſt multùm agitata: an Princeps vel Magiſtratus Chriſtianus tempore neceſsitatis, nempe ſi ab alio Chriſtiano iniqvo bello & crudeli perſecutione prematur, & ſe aliter

tueri neqveat, cum Turca vel alio infideli fœdus inire, & ejus auxi-
lium implorare poſsit? ad qvam ſatis piè reſpondet Theod. Reink.
de Reg. Secul. l. 2. cl.3. cap.3.n.49. & ſeqq. propter expreſſam divinam
prohibitionem Exod. *23. v.33. & 34. v.15.* omninò non poſſe, plenaq́;
eſſe ejusmodi fœdera periculi & concomitantem ſeductionis, ſcan-
dali, invaſionis & deſertionis metum plerumq; habere. Unde nec
juvari poſſe prætextu neceſsitatis, cùm ea, in caſu qvo diſpenſatio
propter eam majora habet incommoda & pericula, licitum ex illi-
cito facere non poſsit. Melius itaq; eſſe pati malũ, qvàm contra ex-
preſſam prohibitionẽ Divinam peccatũ com̃ittere, *c. ſicut ſatius eſt. 8.*
cum ſeqq. XXXII. q.4. & Dei potius implorare auxilium, qvi ſuis ad-
eſſe conſvevit. *c. ad Deum. 7. d.c. XXXII. q.5.* ſpe firmâ ipſi tam facile
eſſe hoſtem paucis ſternere qvàm multis. Cum qvo eleganter con-
ſentit Frid. Schenik. Baro à Tautemb. *lib.3. F.t. Hic finitur lex. in pr. n.17.*
Diſſent. Seb. Medic. *in tr. de C.F. par.1. cap.6. n.16. in f.* Panorm. *ad c. qvod*
ſuper. n.15. X. de voto. Henr. Bocer. *de Jure Belli. c.6. n.16.* verò diſtin-
guit inter infideles, de qvorum virtute, fide & conſtantia in promiſ-
ſis certò conſtat, cum qvibus fœdus iniri, eorumq́; ſubſidium im-
plorari poſſe ſtatuit; & eos infideles, qvorum fides dubia eſt & ſuſ-
pecta, à qvibus, *argumentis Schenkij ſupr. cit.* cavendum ſvadet.

(g) Propter Neceſsitatem urgentem Locator qvilibet poteſt
ſuum conductorem expellere etiam nondum finito tempore loca-
tionis conductionis, *l. æde 3. ubi Gloß. & Gothof. C. de Locat. & cond.*
cap. propter ſterilitatem 3. verſ. verum. X. eod. Camill. Gallin. *de V.S. lib.*
10. c.32. n.7. & ſeqq. Seb. Medic. *all. loc. n.36.* etiam non præſtito eo, qvod
intereſt Joh. Papon. *lib.10. tit.3. arreſto 3. & 7.* Hoc fallit in Studioſo
conductore Petr. Rebuff. *de Privil. Schol. priv.8.* ex cujus parte ſtare
videtur neceſsitas publica longè Neceſsitati privatæ anteponenda,
l.1. in fin. C. de Cond. ex lege. Signor. de Homod. *Conſ.82. inc. in qvæſtio-*
nibus. n.3. E contrariò autem Studioſus non tenetur ſtare locationi,
conductioni, ſed nunciato abitu domum conductam tempore ne-
ceſsitatis impunè deſerere poteſt. Petr. Rebuff. *d.l. priv.11.* Hipp. de
Marſil. *ſing.615. incip. neceßitas (qvi hoc ad qvemlibet conductorem alium*
extendit.) qvaliscunqve ſit neceſsitas, modò ab ea mors timeatur,
arg. l. ſed ſciendum. 7. ibi: ſed & ſalutis ratio habenda erit, ubi Dd. ff. ad
Trebell.

Ex dictis iſtis omnibus breviter jam *NOTANDUM*:

Neceſsitatem æqviparari cum utilitate (*a*) Liberare à pœna (*b*) eſſe probandam (*c*) & judicis arbitrio definiendam, (*d*) demonſtrare amicum (*e*) mereri favorem & commiſerationem, (*f*) non tamen ita ut det anſam iniqvitatibus (*g*) aut reſcindat obligationem eâ cogente factam, (*h*) nec ut id, qvod ſingulariter ob eam conſtitutum eſt, trahi poſsit ab aliis in exemplum. (*i*)

(*a*) Magna convenientia Neceſsitatis & utilitatis eſt pariter, ſicut & neceſſarii & utilis, de qvibus Adr. Gylman. qvòd vix dici vel fingi poſsit neceſſarium, qvod non ſimul & utile contineat. *Symph. tom. 4. part.* 1. *vot. 3. n. 24.* qvippe cùm unum per aliud exponatur. *Gloß. in l. de pupillo 5. §. meminiſſe. verb. neceſſaria. ff. de oper. nov. nunciat.* unde etiam Neceſsitatem & utilitatem æqviparari in jure, præſertim Canon. paſsim obvium eſt, *c. & illa. 23. ca. 1. q. 7. c. mutationes. 34. c. 35. 36. & 39. ca. VII q. 1. c. ab excommunicatis. 4. IX. q. 1. cap. officii. 38. in fin. cap. nihil eſt. 44. in f. X. de Elect. cap. qvanto. 3. X. de Translat. epiſc. cap. poſt translationem. 11. circ. fin. X. de Renunc. cap. expoſuiſti. 33. X. de præb. & dign. cap. non debet. 8. X. de Conſ. & aff. cap. 1. de Reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit.* Joh. Bertach. *in repertor. verb. neceßitas.* Lud. Schrad. *de Feud. par. 4. c. 1. n. 26.* Matth. Weſenb. *Conſ. 194. n. 10.*

Æqviparantur præterea Neceſsitas & pietas *c. conqveſtus 5. X. de Feriis.* Neceſsitas & juſta ratio *l. f. ibi: ſi qvando ratio & neceſsitas eſt C. de Relat.* Sign. de Homod. *Conſ. 86. incip. qvæſtio ſupponitur n. 7.* Periculum in mora, uti vulgo dicitur, ſeu periculum, qvod mora gignit & neceſſitas. Jacob. Ayrer. *in proceſſ. Hiſtoric. c. 8. obſ. 4. n. 20.* Anton. Hering. *de Fidejuſſ. cap. 15. n. 76. & ſeqq.* Neceſsitas & periculi urgentis inſtantia *in c. multiplex 49. de pœn. diſt. 1.* Neceſsitas magna & arbitrium Imperatoris *in l. de Curatore 2. §. qværitur 3. ff. de Curator. bon. dand.* Neceſſitas inevitabilis & voluntas Apoſtolica ſeu Papalis. *c. ſicut vir 11. VII. q. 1.*

Dif-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0064-4

Differt autem Neceſsitas à Commoditate; qvia neceſſitas fit & fieri debet etiamſi fiat cum difficultate *arg.pr.J.de Hered.qval.& diff.ibi: ſive velit ſive nolit omninò.&c.* Commoditas autem ſemper fit absq; difficultate & incommodo *l.Nepos Proculo* 125.*de V.S.* Sign. de Homod.*Conſ.148.incip.in qvæſtione except.n.3.*

(*b*) Potisſimus effectus Neceſſitatis eſt,ut liberet à Pœna ordinaria *arg.l.illicitas 6.§.ult.ff.de offic.præſid.c.ſanctis ult.ibi: minoris pœnitentiæ medicinâ XI.q.3.* & non ſolùm à pœna ordinaria, ſed etiam qvandoqve à pœnâ qvalicunq; *arg.l.ad commentarienſem 4.C.de Cuſtod.Reorum.c.illa cavenda 6.ibi: voluntarios reos non ex neceſſitate compulſos culpa ſtringit,pœna condemnat.XV.q.1.* Medic.*tr.de C.F.p.1.c.6.n.46.* And.Tiraq.*de Pœn.temp.cauſ.33.n.2.* Matth.Weſenb.*Conſ.305.n.73.* In tantum ut nec inferat vituperium, ſed inſuper laudem mereatur *c.ad limina XXX.q.1.* Qvod tamen ad neceſsitatem illam, qvam ſuo ſervo infert autoritas Domini,qvæ parendi neceſsitas appellatur,extendi ſimpliciter non licet, qvippe qvæ pœnam tantùm minuit,non tollit.*arg.l.ſi ſervus 2.C.de ſepul.viol.*Petr.Corn.Brederod. *in rep.ſent.lit.N.vſ.neceſſitas.*

vid. Can. Presbyteros [illegible] ibi velut extra delictum constitutos [illegible] tanquam qui nihil peccaverint dist. 50.

(*c*) Neceſsitatem diximus eſſe duplicem,publicam aliam,aliam Privatam,de publicæ neceſsitatis probatione difficultas nulla eſt,qvippe cùm illa ſatis abundè incurrat in ſenſum, & conſcientiæ actoris & judicis probè conſtet, ac inſuper Famâ publicâ probetur. Sed de privatæ probatione omnis qvæſtio vertitur, poſtqvam aliqvando homines ſibi fingant neceſsitatem tali caſu,ubi reverà nulla eſt. Baſil.Monner.*tr.de Matrim.par.1.cap.6.n 7.* Notiſſimi juris eſt factum nõ præſumi, ſed probari debere, & qvidem ab eo, qvi in facto vel ejus qvalitate ſe fundat, & aliqvid aſſerit, ſive actor ſit ſive reus *l.2.5.9.21.& 25.ff.de Probat.* Neceſſitatem autem privatam in facto conſiſtere plusqvam manifeſtum eſt,unde rectè illa præſumi non poteſt,ſed ab allegante probari debet. per *l.ult.pr.* ubi Creditor,qvi ad reficiendam navem pecuniam credidit,probare debet navem in ea cauſa fuiſſe,ut refici deberet *ff.de Exerc.action.* Matth. de afflict.*ad cap.un.de Pace tenenda.vb.nota ſecundo n.3.* Seb.Med.*de C.F.par.1.cap.6.n.7.* Ant.Hering.*de Fidejuſſ.cap.26.n.108.* Andr.Scheff.*par.2.q.3.n.13.* latè Aym.Cravett. *to.6.Conſ.1000.pro genero n.116.& ſeqq.* Probari autem debet illam fuiſſe Improviſam, veram, inevitabilem.

lem & non affectatam,& factum propter eam fuiſſe factum ad modum & menſuram neceſsitatis & non ultra *arg.l.omnes 12. ibi : ne plus poſcatur, qvàm neceſsitas imperaverit neve minus C.de Oper.pub.l.ſatis 4. ibi: tunc demùm C.in qvib.cauſ.pign. tac. contr.* Teſtes verò in tali probatione eſſe poterunt, præter vicinos, etiam domeſtici, & qvi horum nomine veniunt, qvia iſti pleniorem notitiam habere cenſentur *arg.l.conſenſu 8. §.6.ibi: qvoniam non facilè, qvæ domi geruntur, per alienos poterunt confiteri C. de Repud.arg. l.qvotiens 3. ibi : circa magiſtros navium qvibus eſt ſcientia plenior* C.de *Naufr.lib.11.*

(*d*) Qvanta & qvalis ſit Neceſsitas nemo melius ſcit, qvàm qvi eam ſentit, unde ſtandum eſſe videtur uniuscujusqve aſſertioni ſuper ſua neceſſitate, maximè cum & qvàm paucisſima conveniat judicis arbitrio committere, Jacob.Menoch.*A.I.Q.in proœm. n.1.* Verùm qvia nemo ſibi æqvus arbiter & conveniens judex in propria cauſa, *rubr. & l.un.* C.*ne qvis in ſua cauſa judicet vel jus ſibi dicat.* præſertim cùm agitur de præjudicio legis, & vel maximè cùm tàm multi & penè innumerabiles ſint neceſsitatis caſus, qvorum unus alio arctior vel laxior major vel minor; Ideò rectè aſſeritur debere judicem arbitrari Conr. Rittershuſ.*partit. Feud.lib.2.cap.3 q.6.* arbitrando autem probè perpendere circumſtantias neceſsitatis poterit, qvales præcipuas retulimus *in exeg. defin. th.5.* ac ſecundùm eas ponderare id, qvod ex neceſsitate factum dicitur, & tunc vel abſolvere Reum vel pœnam ordinariam mitigare.

Menoch. A. I. Q. Cas. 451. n. 5.

(*e*) Qvi alicui in ſumma qvapiam neceſsitate conſtituto ſuppetias ferunt, adjuvando vel eripiendo, habentur loco ſingularium amicorum, eorumq; eximius labor magnifaciendus eſt, & omni diligentiâ remunerandus *l. diverſarum 20. ibi : vicim referre beneficij.C. de poſtlim.reverſ.* in tantum, ut ejus nomine facta donatio irrevocabilis cenſeatur *tex.eleg.in l.pen.§.ſi qvis aliqvem à latrunculis 1.ff.de donat.* etiamſi in infinitum donatum ſit Gothofr.*ad d. l.pen.in not.* etiamſi ſupervenerit caſus ingratitudinis Nic.Boër.*Deciſ.228.inc. præſuppono illud qvod dicit Gloſſa n. 12.* Ludolph.Schrader.*ad* §. 19. *J.de R. D. num. 55.*

(*f*) Favendum eſt neceſsitatem patientibus cum omni humanitate & miſericordia *c.omnis qvi gemebat 36.ibi: qvi negant miſericordiam neceſſitatem patientibus ipſum Chriſtum negant, qvi eſt miſericor-*

dia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0066-5

*dia & veritas.VII.q.1.c.qvoniam multos 103.ibi: neceſſitate, devicti miſe-
ricordiâ XI.q.3.* nec ipſis afflictis addenda eſt afflictio *c. cùm percusſio
2.ibi: nō debet à nobis addi flagellatis afflictio d.ca.VII.q.1 arg.l.Divus 14.
ff.de officio præſid. l. tam dementis 28. in f.* C. *de Epiſc. aud.* Necesſitas
namq; commiſerationem inducit.*arg.l.omnes 33. in pr. ibi: miſerabili
necesſitate* C. *de Epiſc. & cleric. l.fœdisſimæ 7.* C. *de poſtlim.rev.* Impp.
Theod.& Valent. *in l.conſenſu 8. §.1. ibi: adversâ neceſſitate preſſum vel
preſſam qvamvis infauſto attamen neceſſario auxilio cupimus liberari* C.
de Repud. Patet hoc ex §. *rei perſeqvendæ 17.J.de A.* ubi propter depo-
ſitum tempore tumultus, incendii, ruinæ, naufragii factum prætor
actionem tribuit in duplum.

cap. licet 4. ibi si illa necessitas miserer[i] X. de Censib.

(*g*) Favendum qvidem eſt Necesſitati, ita tamen ne prætextu
neceſſitatis patrocinemur fraudibus & iniqvitatibus *arg. l.ſi hi 3. ibi:
per iniqvum* C.*de Filiisfam. c. Pontifices 4. ibi: ne per neceſſitatis occaſio-
nem præſumptionis pullulet ambitio VII.q.*1. maximè poſtqvam neceſſi-
tas rerum iniqvitatem introducere ſoleat *l.f. in pr.* C. *de Uſur.rei jud.*
Unde non obſtante necesſitate, qvæ cauſam præbuit alienationi,
propter enormem læſionem revocatur villa à Monaſterio in Feu-
dum laico conceſſa, & laicus expenſa ſua utiliter Feudi nomine fa-
cta recipit, & pro labore ſibi fructus habet perceptos. *cap. ad noſtram
11.X.de Reb.Eccl.al.vel non.*

(*h*) Neceſſitate cogente factum ipſo jure obligationem indu-
cit, nec prætextu Necesſitatis retractari aut revocari poteſt. Unde
valere votum, valere emptionem venditionem ejus, qvi in periculo
mortis, naufragii puta, famis, belli, perſecutionis & ſimilis necesſi-
tatis conſtitutus eſt, expediti juris eſſe creditur, & ſtare debet neces-
ſitatus ſuæ promisſioni & venditioni perinde, ac ſi absq; metu pro-
miſiſſet vel vendidiſſet. *cap.ſicut nobis 17.X.de Regular. l. non idcirco 12.*
C.*de Reſc. vendit.* Gl. *in l.etſi 66. vb. venderet ibi: neceſſitas rei familiaris
non facit reſcindi venditionem ff. de leg. 1.* Andr. Vallenſ. *in parat. Jur.
Can.lib.1.t.40.n.12.* confirmat hoc luculenter tex. *in l. item ſi verbera-
tum 15. §.1.ff. de R. V.* ubi ſtatuitur, qvòd in materia Rei vindicatio-
nis, necesſitas, qvæ cauſam dedit diſtractioni, defendat Reum, ut
ipſi officio judicis ſuccurratur, ad pretium duntaxat & non amplius
reſtituendum, absq; dubio propter hanc rationem, qvia rem à novo
poſſeſſore repetere non valet. Facit huc *cap.1.X. de ſolut.* ubi ſucces-

ſor in beneficio tenetur ſubire debita prædeceſſoris pro neceſſitate eccleſiæ contracta, nec eorum ſolutionem, tanqvam alienorum effugere poteſt.

(*i*) Qvæ propter Neceſſitatem ſingulariter recepta ſunt, non debent in argumentum trahi, *l. 162. ff. de R. I. cap. in argumentum 78. eod. in 6.* nec à poſteris in exemplum, *cap. cum incunctis 7. pr. X. de Elect.* ſed intra terminos ipſius neceſſitatis reſtringi, Aym. Cravett. *par. 3. Conſ. 422. incip. Dom. Bartholomæus de Canobio n. 3.* Joh. Ramus *in enchir. R. I. lib. 2. axiom.* 11. Exempla enim urgentiſſimæ neceſſitatis non conſtituunt Regulam, ſed potius exceptionem regulæ, Arnold. de Reyger in *theſ. Jur. vb. Neceſſitas n. 4. in f.* Si tamen ſit omnimoda in aliis ratio, voluit Dyn. extenſionem fieri poſſe, *arg. l. un. §. hoc interdum 7. ff. de Fonte.* Niſi ſpecialiter hoc lex prohiberet *per. l. fin. ibi: in hoc tantummodo caſu valente* C. *de patrib. qvi filios ſuos diſtr.* Pet. Andr. Gammar. *in dial. legal. lib. 1. loco pen. à Neceſſitate. in fin.*

§. 21.

Sunt & qvædam alia, qvæ Dd. circa Neceſſitatem notare ſolent, ſed qvia partim videntur *Incredibilia* (*a*) partim *Obsoleta* (*b*) partim etiam à ſtudio noſtro *Aliena* (*c*) meritò hoc loco prætermittimus.

(*a*) Ejusmodi incredibile eſſe videtur traditio Gloſſæ *in c. ult. vb. denarium, diſt. 83. juncta Gl. in c. pœnitentia 4. vb. puniens in ſe. diſt. 3. de pœn.* ubi conceditur, ut is, qvi ex præſuppoſita cauſa neceſſitatis non poteſt adimplere ſuum jejunium per ſe ipſum, hoc adimpleat per alium. Camill. Gallin. *de V. S. lib.* 10. *c. 32. num. 49.* Qvia jejunium iſtud certam perſonam concernit, qvam non egreditur. Tale qvoq; eſt dictum Andr. Barbat. *in apoſtill. ad Bald. in l. & ab antiqvis n. 1. cir. fin.* C. *de Teſtam.* qvod Licentiatus, qvi juravit de non accipiendo gradu alibi, poſſit poſthabito ejusmodi juramento urgente neceſſitate peſtis, alibi promoveri: Qvia promotiones ejusmodi, cùm nihil aliud ſint qvàm renunciationes, etiam abſentibus fieri poſſunt, etſi non poſſint, debet expectare promovendus, aut ad minimum Collegio iſti excuſationem ſuam transmittere, & ita conſenſum ejus impetrare.

trare.

trare. Item, qvod poſt alios tradit Camill. Gallin. *d. lib. 10. ca. 33. n. 35.* qvod Sacerdoti celebranti Miſſam conceſſum ſit aggreſſorem ſuum occidere & poſtmodùm, non obſtante tali homicidio, miſſam perficere: Qvia præter turbam, ſcandalum ingens ortum eſt, qvod non ſolùm homines ab ipſorum abſtrahit attentione, ſed etiam de merito ejusmodi miſſæ dubitare impellit. Similiter vix videtur veriſimile, qvòd peregrinus ſive Romipeta in præſentia duorum vel trium teſtium, qvando plures intervenire non poſſunt, absqve alio adminiculo legis, ſtatuti vel privilegii teſtari poſſit, qvamvis hoc aſſerant Tob. Nonius *ad §. ſed hæc qvidem.* & gl. *in verb. ſeptem teſtibus. J. de Teſtam. lim. 13.* & Camill. Gall. *all. lib. 10. cap. 32. n. 78.* Qvia vix poſsibile eſt non inveniri plures: qvod ſi tamen defuerint, ſibi imputet Teſtator, qvòd non domi reliqverit ultimum ſuum elogium, non ignarus varios caſus peregrè proficiſcentes expectare. Sicut nec eodem modo conſentire poſſum all. Nonio, & qvos ipſe refert, qvòd Medicus, qvi ad curandos peſte correptos in civitate permanſit, qvia pro republicâ militare videtur, poſſit qvocunqve modo etiam coram duobus ſaltem teſtibus teſtamentum facere, ſi non ſpeciali lege aut privilegio adjuvetur. Tob. Nonius *ad d. §. lim. 14. in fin. J. de Teſtam.* Nec ſuſtineri poteſt opinio Petri Gerardi *ſing. 100. n. 6.* qvòd tempore neceſsitatis ſtetur dicto unius teſtis, niſi applicetur ad caſum, qvem ponit Card. Tuſch. *lit. N. concl. 19. n. 27.* ubi ſcribit, qvod qvamvis, ubi ſtandū eſt peritis in arte, reqvirantur plures, ſufficere tamen poſſit unus, eô loco ubi plures haberi non poſſunt.

(b) Videlicet, qvòd poſtulante neceſsitate qvis amplius, qvàm ſemel reipublicæ defenſionem ſuſcipere cogi poſsit. *l. æſtimationem. 16. §. ult. ff. de Muner. & honor.* Item qvòd ſervus, qvi de Jure Civili pro nullo habetur *l. qvod attinet 32. ff. de V. S.* paſſus triſtem ſententiam, ſi neqve Dominus neqve alius pro Domino appellaverit, ipſe ſibi auxilium implorare poſſit, *l. ſervi appellare non poſſunt. 15. ff. de appellat.* Nec non qvòd propter inopiam Patroni pro futuris operis à liberto pretium exigi poſſit, qvamvis tempore manumiſsionis de eo nihil conventum ſit, *l. 1. & ibi Gothof. in not. C. de oper. lib.* Ex qvâ tamen Lege Dd. notant, qvòd nobilis cujus Ruſtici, juxta inveteratam conſvetudinem, tenentur ad certas qvasdam operas, tempore

neceſſitatis illas poſſit aliis locare, delegare, aut in certam pecuniæ ſummam convertere, &, ut loqvitur Paul. de Caſtro *ad d. l. 1, n. 2.* petere charitativum ſubſidium; ein Diſcretion und Corteſi Geldt Begehren Dn. Caſp. Ziegler. *ad Prax. Nic. Calvoli. §. Nobiles. concl. 1. num. 90.* Matth. Berlich *p. 1. Deciſ. 67. n. 12. ubi de experientia teſtatur.* Verùm an hoc etiam ad iſta ſervitia, qvorum nomine Vaſallus Domino obligatur, extendi poſſit, ita ut cùm teneatur Domino bellum gerenti tot eqvis aſsiſtere, Ritterdienſte thun/ Dominus loco illorum qvoq; pecunias tempore neceſſitatis petere poſsit, meritò dubitationi ſubjicitur Petr. Ger. *de Petra ſ. ſing. 100. n. 17.* cùm ejusmodi exactiones pecuniarū libertati nobilium videantur qvaſi contrariæ. Sed poſtulatas nihilominus, & juxta numerum eqvorum certam ſummam, qvam Præſent Geld vocarunt, promiſſam & numeratam eſſe, qvis neſcit, ſolo Neceſſitatis intuitu.

(*c*) Qvalia ſunt, qvæ circa ſacrum Baptiſma tradunt paſsim Jura Can. eorundemq; Interpp. videlicet, qvòd in caſu neceſsitatis poſſit qvis baptizari in domo privata Clem. *un. de baptiſm.* à Patre, Matre, Petr. à Duenas *reg. 488. verſ. amplia undecimo.* aut qvovis alio Laico,+ *c. in neceſſitate. 21. diſt. 4. de Conſ.* etiam à Muliere, Card. Tuſch. *lit. N. concl. 19. n. 3.** etiam ab Hæretico,* Camill. Gall. *de V. S. lib. 10. c. 32. n. 35. ubi ait hanc eſſe communem CC. opinionem* (Non tamen à ſemetipſo, *c. debitum. 4. X. de Baptiſ.*) & qvòd omiſsio baptiſmi facta non ob contemptum religionis, ſed propter terminum neceſſitatis non noceat credenti probabiliter ſe eſſe baptizatum, *cap. Apoſtolicam. 2. X. de Presbyt. non baptiz.* & alia. *de qvibus omnibus videri poſſunt, qvæ eleganter congeſſit* Petr. Greg. Tholoſs. *in Synt. Jur. part. 1. lib. 2. c. 4. n. 11. & ſeqq.* Huc pertinet qvoqve, qvôd abſolutio ab excommunicatione, reſervata Summo Pontifici, ex cauſa neceſſitatis, veluti in articulo mortis, poſsit ab alio ſacerdote impertiri, *c. ſi qvis ſvadente Diabolo. 29. XVII. q. 4. cap. eos. 22. de ſent. excomm. in 6.* Et qvòd Laicus in neceſsitate præſentis periculi mortis, poſſit confesſionem audire & à peccatis abſolvere, Gloſſ. *in cap. paſtoralis. 11. verſ. præterqvam in mortis articulo. X. de offic. jud. ordin.* Petr. à Duen. *hac noſtra Reg. ampl. 1.* And. Gail. *lib. 1. ob. 102. n. 12.* Arnold. de Reyg. *in theſ. jur. ſub elem. neceſſitas. n. 6. verſ. Hinc eſt.* Item qvòd Neceſsitate urgente Papa poſsit Prælatum privare monacho, vel clerico ſuo. *c. ult. IX. q. 3.* Petr. Ant. de Petra *de*

+ c. diaconos 13. dist. 93.

c. super quibus. 4 XXX q. 3. c. mulier dist. 4. de conser.

* etiam ab excommunicato c. si diaconus [illegible] dist. 81.

* [illegible] Diaconos [illegible] dist. 93. [illegible] ca. 1. 91. [illegible] c. episcopum [illegible] dist. 64. et c. 5. [illegible] c. 2. dist. 92. [illegible] c. clericos [illegible] c. ult. dist. 78.

Pot.

Pot. Princ. c. 32. q. 5. n. 40. pag. m. 594. Qvòd corpora & reliqviæ Sanctorum, qvæ de loco ad locũ traduci prohibentur, traduci poſſint & debeant, ſi hoc velit Fatalis Neceſsitas. Cam. Gall. *all. loc. n. 27.* Imò ipſa ſedes epiſcopalis transferri poſſit *c. temporis qvalitas. 44. VII. q. 1.* Similis etiam eſt caſus *cap. ſicut. 11. de Conſ. diſt. 1.* ubi ſacrificia, qvæ non poſſunt miniſtrari niſi ſuper re conſecrata, ex causâ neceſsitatis ſuper non conſecrata miniſtrari poſſunt. Et in c. *pervenit. 1. diſt. 95.* ubi in caſu neceſsitatis permiſſa eſt unctio frontis ex ſacro chriſmate inferioribus ſacerdotibus, qvæ ſolis epiſcopis eſt reſervata. Cam. Gall. *d. loc. n. 43. & 44.*

CONCLUSIO.

Hîc pedem figo, & qvamvis multa adhuc deſiderari poſſint, (*a*) ne tamen in infinitum Legibus improbatum, *c. 2. de Reſcr. in 6. l. 4. §. fin. ff. de Peric. & comm. rei vend.* excreſcat Diſputatio, ejus filum rumpo. (*b*)

(*a*) Huc pertinet: Qvòd impellente Neceſsitate, Imperator etiam hæc bona, qvorum alienatio absqve imperii detrimento fieri neqvit, in Feudum alicui concedere poſsit. Ludolph. Schrad. *tr. F. p. 4. c. 1. n. 24.* Qvòd Magiſtratus Politicus, urgente neceſsitate, vendere poſsit calices & alia pretioſa Eccleſiæ. poſt Cyn. & Afflict. Petr. Ant. de Petra *tr. de pot. princip. c. 32. q. 5. n. 2. pag. m. 587.* Joh. Köpp. *decad. 1. enucl. 5. n. 44.* Alph. de Azevedo *ad conſt. Hiſp. lib. 1. t. 2. leg. 9.* Qvod Dominus, neceſsitatis tempore, poſsit Vaſallo auferre Feudum, & ſibi facere munimentum, ſuumqve præſidium immittere. Felin. *ad cap. qverelam 10. num. 11. X. de jurejur.* Tuſch *liter. N. concluſ. 19. num. 32.* qvi hoc ad Eccleſiam ejusqve bona rectè extendit. Qvòd illi, qvi bellum pium gerit, liceat locum pacatum alienum occupare. Hugo Grot. *de I. B. lib. 2. c. 2. §. 10.* Qvod graſſante neceſsitate frumentum exteris venditum, à civibus revocari poſsit. Joh. Petr. Surd. *tr. de Alim. t. 1. q. 93. n. 14.* Qvòd Subditi cum vel propter abſentiam, impotentiam aut negligentiam à ſuo Domino derelinqvuntur, patrocinium alterius Domini implorare poſſint Dn. Caſp. Ziegler. *ad Calvol. §. Landſaſſii n. 98. & ſeqq.* Qvòd

res legata ex urgente necessitate alienata debetur. l. fideicommissa 11. § si rem suam ... ff de leg. 3.

ſubditus ablato caſtro, ſi princeps factâ denunciatione eum adjuvare non valeat, ipſe ſibi proſpicere & caſtrum recuperare poſſit. Paul.de Caſtr.*par.1.conſ.400.priusqvam n.1. & 2.* Tuſch.*lit.N. concl.19. n.17.* Qvòd publica neceſſitas publicorum privilegiorum cauſa ſit *l.ſi fidejuſſ.pen.C.de Fidejuſſ.* Qvòd propter ſupervenientem neceſsitatem, res publica adverſus immunitatis conceſsionem reſtitutionem in integrum petere poſsit. Conſtant. Carol. *inter Conſ. Feud. var.Dd.conſ.4.n.7.* Qvòd neceſsitate factum pacem non rumpat. Hug.Grot.*de I.B.lib.3.c.20.§.37.* Qvòd neceſsitas ſit juſta cauſa conſtituendæ unionis eccleſiarum. Joh.Köpp.*decad.1.enucl.5.n.41.* Qvòd propter inundationem aqvarum, poſsit nova eccleſia ad limites alterius Parochialis eccleſiæ ædificari.*cap.ad audientiam 3.X.de Eccl. ædif.* Camill.Gallin.*de V.S.lib.10.c.32.n.29.* Qvòd inſtante neceſsitate, ſede vacante Capitulum beneficia conferre poſsit. Seb.Med. *de C.F.p.1.c.6.n.18.* Qvòd in caſu neceſsitatis ſuperſtitionem alicujus hæretici apparenter imitans excuſetur. *arg. c.ſi qvis presbyter. 17.diſt.30.* Qvòd cauſæ Meri imperii ſubſiſtente neceſsitate poſſint mandari *l.1.ff.de off.ejus,cui mand.* Hier.Treutl. *vol.1. diſp.3. theſ.6. lit d. & ibi:* Hunn.*in reſol.q.37.* & Bachov. *in not.verb.abſentiæ & infirmitatis.* Qvod mandata ſine clauſula decernat Camera, cùm periculum ſubeſt Gail, *lib.1. obſ.102. n.10.* Qvòd Publica neceſsitas non admittat appellationem *l.ult.C.qvorum appell.non recip.* Qvòd neceſsitas efficiat, ut relatio fiat ad principem *l.fin.C. de Relat.* Petr. Cornel.Brederod.*in repert.ſent.lit.N.verſ.neceſſitas.* Qvòd criminoſus poſsit in caſu neceſsitatis extrahi Regno ubi deliqvit. *Auth. qva in provincia.C.ubi de crim.agi opor.* Vinc.de Franch. *deciſ.526. incip. dictum fuit.n.7.* Qvòd pecunia ex cauſa judicati ſoluta ex neceſsitate judicis, ab eo, qvi appellatione interpoſitâ meruit meliorem ſententiam, recipi oporteat.*juxta l.cùm ex cauſa 11.ff.de appell.* Qvòd neceſsitatis cauſa ſententia noctu ferri poſsit Bald. *in l. caſus. n.1.C. de Teſtam.* Joh.Bertach.*in repert.vb.neceſsitas.* Qvòd propter neceſsitatem teſtamentum noctu fieri poſsit Polyd. Ripa *tr. de Noctur. temp. c.141.n.30.* Qvòd teſtamentum in carcere tyranni cujusdam coram qvinqve teſtibus factum valeat, ſi propter metum Tyranni plurium copia haberi non poſſit Bald. *in l.& ab antiqvis.n.1. in f. C.de Teſtam.* Qvod inferior poſsit reſiſtere de facto ſuperiori injuſtitiam facienti & opprimenti, qvando mediante juſtitia ſibi proſpicere

am-

Quod urgente necessitate advocatus possit cogi ad patrocinandum. Nicol. Caboel. in praxi § ad: [illegible] 6. Gail. 4. n 11.

amplius non poteſt. Tuſch. *lit. N. concl. 19. n. 5.* Jacob. de Graff. *lib. 2. A. C. c. 44. n. 3.* Qvod factum neceſsitate urgente non veniat nomine attentatorũ Rob. Lancellot. *tr. de Attent. p. 2. c. 4. lim. 8. n. 11.* Qvòd in caſu neceſsitatis qvilibet meliori modo jus ſibi dicere & ſuis poſsit. Tuſch. *d. l. n. 8.* Jacob. de Graff. *d. l. n. 5.* Qvôd privilegiatus non obſtante privilegio poſsit conveniri ex cauſa neceſsitatis ad minimũ ad perpetuandam ſaltem actionem *arg. l. ſed et ſi. 28. §. ſed & ſi dies. 4. ff. de Judic.* Cam. Gall. *de V. S. lib. 10. c. 32. num. 53.* Qvòd neceſsitas debitorem fugitivum à judice incompetente imô à qvovis privato, ſui juris tuendi cauſa, prehendi & capi concedat Andr. Scheff. *p. 2. q. 3. n. 8.* Qvod Laicus poſsit clericum debitorem de fugâ ſuſpectum capere Gail. *lib. 1. obſ. 102. n. 11.* Qvod pactum Familiæ de non fidejubendo, non extendatur ad fidejuſsionem caſu neceſsitatis faciendam Hering. *de Fidejuß. cap. 1. n. 151. & ſeqq.* Qvod clericus poſsit in caſu neceſsitatis fidejubere Petraſ. *ſing. 100. n. 5.* Hering. *cap. 7. n. 154.* Qvôd conſtitutus in neceſsitate non teneatur erogare, qvod debet ad pias cauſas, qvantumcunqve privilegiatas. Seb. Medices *de Caſ. fort. p. 1. c. 6. n. 49.* Qvòd neceſsitas cogat creditorem aliud pro alio à debitore accipere *Nov. 4. cap. 3.* Petr. Greg. Tholoſ. *in ſyntagm. Jur. lib. 21. c. 18. num. 8.* Qvòd relictum annuum debeatur eo tempore, qvò maximè id flagitat neceſsitas Petr. à Duen. *ſub reg. 488. verſ. amplia nono.* Qvòd debitor indiem, propter neceſsitatem creditoris, cogi poſsit ad ſolvendum ante diem Joh. Petr. Surdus *de aliment. tit. 1. q. 44. num. 25.* Qvòd induciæ generales conceſſæ à Principe debitori, non extendantur ad debita alimenta. Surd. *d. l. tit. 8. q. 60. num. 3.* Qvòd non obſtante SCto Maced. mutuum valeat datum Filiofam. in neceſsitate conſtituto. Hipp. de Marſil. *ſing. 670. incip. neceſſitas eſt magnæ operationis.* Qvòd coactus neceſsitate Mercator, ſi bonis cedat, non fiat infamis nec infamia facti nec juris Bernh. Schot. *in exam. pag. 147.* Qvòd in caſu ſtrictæ neceſsitatis unus conari debeat alteri sucourrere gratis. Henn. Göden. *conſ. 109. n. 70.* Qvòd actus reqvirens conſenſum valeat ſine conſenſu imminente neceſſitate Cæſ. Lambert. *de J. Patron. art. 21. q. princ. 1. par. 2. lib. 1. n. 4.* Joh. Ceph. *lib. 4. Conſ. 451. n. 284.* Qvòd tutor ex cauſa neceſsitatis poſſit adminiſtrare bona pupilli, etiam nondum confecto inventario *l. tutor qvi repertorium 7. pr. ff. de adm. tut.*

Necessitas excusat matrem quae non petiit tutorem. l. cum à matribus 8. C. qui pet. tutor.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0073-4

tut. Ceph. *d l. n, 285.* & qvòd ex eadem cauſa pupilli pecunias non teneatur dare ad lucrum, pro ut loqvitur Munnoz. de Eſcobar. *tr. de Ratiocin. admin. c. 14. n. 9.* Qvòd neceſsitas prædia minorum alienare concedat *l. lex. 22. pr. C. de adminiſtr. tutor.* Brederod. *in repert. lit. N. vb. neceſſitas.* Qvòd neceſsitas probabilem faciat diviſionem prohibitam Dion. Gothof. *ad l. jubemus 14. pr. vb. dividere C. de SS. Eccl.* & manumiſsionem *l. qvi potuerint 27. ff. de manum. teſtam.* Qvòd ex cauſa neceſsitatis res litigioſa alienari poſsit Vinc. de Franch. *Deciſ. 526. dictum fuit. n. 6.* Qvòd maritus propter caſum neceſsitatis non adhibens medium uxori ægrotæ, dotem non amittat latè Ant. Bullæus *in Conſ. 1. n. 125. & multis anteced.* Qvòd unus opificum propter neceſsitatem perficere poſsit, qvod alter inchoavit, non obſtante ſtatuto in contrarium. Georg. Schultz *in Syn. J. lib. 1. t. 2. lit. b.* arg. *l. un.* §. *1.* ubi is, qvi apud unum conſulẽ nomina edidit, apud alterum in caſu neceſsitatis manumittere poteſt *ff. de off. Conſ.* & ibi Ant. Fab. *in rational.* Qvòd neceſsitate urgente per vicini fundum iter faciens nihil juris acqvirat. Dn. Caſp. Ziegler. *ad Calvol.* §. *Nobiles concl. 1. n. 77.* Deniq; qvòd magna vis neceſsitatis urgentis ſit, ut etiam ſuperbiſsimos cogat ſtultitiam ſuam fateri, & aliqvando reſipiſcere Petrus Greg. Tholoſ. *Syntag. lib. 47. c. 17. n. 1.* a)

a) arg. l. omnis 33. § ult. ibi: magistri deinceps necessitate retinere se adsuescant. C. de Episc. et Cler.

(*b*) Cæterùm an & qvatenus Parochus tempore neceſsitatis poſsit ſuos parochianos derelinqvere, fugamq; arripere: Et an teneatur dare vicarium, & qvatenus per cautionem indemnitatis ad permanendum adigi poſsit, & an in caſu ejusmodi abſentiæ parocho debeantur decimæ, tradit Johan. Wameſ. *to. 1. Conſ. Jur. Pontif. conſ. 206.* An viduorum vota ſeu ſecundæ nuptiæ fiant fatali neceſsitate, videri pot. ap. Dn. Burch. Berlich. *in ſuo tr. de J. Noverc. n. 36. & ſeqq.* An Jurisperitus Monachus poſsit cum licentiâ Abbatis laicorum patrocinium ſuſcipere, eorumqve cauſas in utroqve foro, tanqvam advocatus agere, ad ſublevandam pecuniâ inde redacta neceſsitatem ſui monaſterii, ære alieno prægravati? in terminis tractat Johan. Andreæ *in qq. Mercurial. ad tit. de R. I. quæſt. 24.*

Necessitas conservat [illegible] jus. C. [illegible] XXXIV. q. 1.

Ignoscendum est constituto in necessitate [illegible] ipsam naturalem justitiam. l. sive quarter 13 § 7. ff de excusat. Tutor.

F I N I S.

Necessitas, vis, et rationabilis occasio aequiparantur. l. quoniam. 7. C. 18.

Necessitate constitutis c. volent [illegible] de consecr.

Mihi illi eunuchi placent quos castravit non necessitas sed voluntas can. quilibet q. XXXIII. q. 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0074-9

Leipzig, Diss., 1645/49

ULB Halle 3
003 265 218

Sb.

UDA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0075-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0076-0

B.I.G.
Farbkarte #13
Inches Centimetres Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

n 9.
1648,8
26

gulæ

TAS

ET

E

atis Juri-

loco

,

npetrandi:

ſienſis.

IIX.

§§§§

TZSCH,

KŒNFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-570006-p0077-6